


IONUM



1. De odio Variationis. P. S. Muller. R. J. B. Redel.
2. De spurio. H. S. Rothmann.
3. De Principe legibus soluto. P. G. A. Struv. R. J. J. Hertel.
4. De Patrio. P. A. C. Romer. R. P. J. Gallus ab Gallusstr.
5. De murmuratioe praescriptionem impediente.
6. P. J. F. Schneider. R. L. C. Luedecke.
7. De militia lecta provinciali. P. J. S. Stryck. R. J. C. ab Otken.
8. De investigandis contractibus et actionibus ex contractibus, re, verbis, vel litteris initis.
9. P. S. Stryck. R. J. Acobuth.
10. De crimine gratiae. P. J. F. Schneider. R. J. G. Luedecke.
11. De Testimonio Principis. P. Idem. R. A. F. Bode.
12. De Unitate Patris et filii. P. Samuel van Laher.
13. De usu practico doctrinae difficillimae. Juris Rom. de culparum praestatione. P. C. Thomasius. R. C. S. L. + S.
14. Paradoxon pro iure retractandi transactionem, novis instrumentis repertis ad l. 35. ff. de re iud. et l. 19. ac 29. C. de transact. P. J. P. Ludwig. R. B. B. Hoelder.
15. De vinculo matrimonii, ob legem a finitatis turpi vel honesto. P. A. Goetsche. R. J. C. Schönberg.
16. De coelibatu poenae nomine imposto. P. J. F. Ludovici.
17. R. S. P. Gasser.
18. De Propinquorum in sponsalibus consensu necessario.
19. P. H. C. Gerdesig. R. J. C. Gruel.
20. De Statu Imperii Rom. P. J. V. Beckmann. R. J. G. Klein.
21. De iure ceremoniali circa Legatos. P. J. Brunnenmann.
22. R. S. P. Gasser.
23. De Restitutione in integrum ob metum. P. G. L. Mencke.
24. R. J. F. Hockner.
25. De litis contestatione eventuali. P. S. Stryck. R. H. Heinsig.
26. De eo quod iustum est circa pactum executivum ductu.
27. C. de pign. et hypoth. P. G. Barth. R. J. S. a Düsseldorf.

1.

Q. D. B. V.

4

DISCURSUS JURIDICUS
DE

L I T E R I S
N A T A L I T I I S,

Von

Geburths = Brieffen /

Auctoritate Superiorum

PRÆSIDE

VIRO NOBILISSIMO,

DN. HEINRICO Ginzken /

J. U. D. & Prof. Publ.

Fautore ac Præceptore suo ætatem colendo,

In Illustri Salanâ

Publicæ Eruditorum disquisitioni subjectus

â

Ludovico Christophoro Tham,

Not. Publ. Cæs. Keula - Schvvarzburg.

J E N Æ,

Literis MÜLLERIANIS, Anno 1677.

50.



LITTE R I S

ALPHABETIS

ARTIBUS

ARTIBUS

DR. HEINRICH

ARTIBUS

ARTIBUS

ARTIBUS

ARTIBUS





Solô Deo Duce!

PRÆFATIO.

DRæ cæteris ad tuendam
hominum vitam, ejusque indi-
gentiam supplendam quam ma-
ximè facere videntur opificia
atque artes. Nam ubi hæc
prævalent atque frequentantur, facta tecta que
permanent omnia, quod testimonio Ciceronis
sufficienter comprobatur, dum *lib. 2. d. offic. p.
m. 6.* factâ multarum rerum, vitæ hominum in-
servientium, mentione, insignem artium usum
primo loco reponit, in verbis: *quid artes di-
cam, sine quibus vita omnino nulla esse potest.*
Occasione igitur artium instrumenta ad nego-
tia socialis hujus vitæ peragenda necessaria con-
ficiuntur, confecta ad communem hominum
usum prostant; Verbô: *Reip. artifices atque opi-
fices in tantum sunt necessarii, ut carere ipsis nulla
unquam possit Civitas.* Dn. Carpz. *lib. 1. Respons.
47. n.* Quare rectius sibi Civitates consulere vi-
dentur, quando unice in id incumbunt, ut inge-
niosorum artificû multitudinem polleant. Quanto
magis e-

enim in Civitatibus florent artes atq; commer-
cia, tanto beatiore ac celebriore illæ sunt. vid.
Carpz. *loc. cit. n. 1.* id quod suo exemplo sufficien-
ter comprobant *Florentia, Genua & Venetia*, in-
quibus majoris habentur pretii & valoris arte-
duce, inventa, quam quæ natura ipsa peperit.
4 Præcipue omnium Europæarum Gentium con-
sensu palma in hac artium inventionem, earum-
que eleganti exercitio Teutonibus nostris de-
betur, adeo ut ipsi Galli, acerrimi alias
Germanorum æmuli, fateri cogantur, ob
egregie elaborata opificia Germanos omni-
um in suam traxisse admirationem animos.
5 Quod encomium merito Noriberga Germa-
nicarum civitatum florentissima meretur, quæ
opificibus ingeniosissimis, inventoribus &
Magistris operum subtilium adeo per orbem
clara est, ut & ipsius fama non exteris solum jam-
dudum nota, sed etiam ipsi duraturæ gloriæ
consecrata sit, ut vulgo non improbaliter
dicamus: *Nürnbergger Handt gehet durch
alle Land* / Dn. Carpz. *loc. cit. num. 3. 4. & 5.*
6 Neque etiam sua destituuntur artes utilitate;
Plures enim in Republ. artificiis quam aliis pro-
ventibus victitare experientia testatur. Et hoc
videre est exinde, quod ex duobus hisce, lanæ ni-
mirum & serici, opificiis multa hominum millia
Mediolani, Venetiis & Genuæ victum quærant,
uti

uti notat OBRECHT in Politischen Beden-
cken / von Verbesserung Land und Leuten.
Quæ cum ita sint, ut vita absque artibus esse ne- 7
queat. Cic. cit. loc. utve terra quævis illas alat,
vere dignæ sunt, quibus tribuatur illud:
Ein Handwerker hat einen güldnen Boden.
Sed cum sæpissimè accidat, ut homines plus ar- 8
tis, industriæ atq; perfectionis, quam in elabora-
tione operum præstare possunt, profiteantur. S.
3. v. saepe enim Inst. quibus ex caus. man. &c. Ideo-
que saluberrimè opificū saluti prospectum est,
dum ipsorum collegia (in quibus omnia iusto &
decenti ordine peragi, omnesque confusiones,
ne unus alterius utatur opificio, diligenter evi-
tari debent. Carpz. cit. loc. num. 7.) certis statu-
tis rectæ rationi respondentibus munita sunt.
Quæ statuta hoc in primis opificibus præcipi- 9
unt, ut suæ professionis mechanicæ officia recte
instituant, distinctè opificia exerceant & se-
dulo prospiciant, ne quis unquam in Collegi-
um, nisi legitimè natus, recipiatur. Mev.
ad jus Lnbec. lib. 4. tit. 13. art. 3. num. 40. Præpri- 10
mis hac in re Germaniam nostram non parum
commendabilem facit decentissimus Merca-
torum opificumque diversorum in suas tri-
bus, Collegia & Sodalitia certis legibus fun-
data distinctus ordo, cujus Studiosam conserva-
tionem: Ditionum Germanicarum Statibus

curæ & esse debere, accuratissime monet illustri Dn. Seckendorff im Teutschen Fürsten Staat p. 2. c. 8. § 9. n. 2. in verbis: Hiernächst haben auch die meiste Handwerker ihre sonderbare Zunft und Handwerks Regeln/oder Gilden und Innungs Brieff/ welche ihnen die Obrigkeit aufrichten läßt oder bestätigt/ und wird darinne nächst deme/was zu Erlernung und rechtmässiger Übung eines jedweden Handwerks absonderlich fürfället/ ins gemein dieses inachtgenommē/ daß eine jede Handthierungs Zunft bey deme/was zu derselben eigentlich gehört/ gelassen/ und von andern ihnen kein Eintrag geschehe/ eine gute Absicht unter ihnen gefiiff/ auch Kotung/ Selbsthätigkeit und Anmassung sonderbarer Gerechtbarkeit verhütet werden. Ut vero eo facilius de cujusvis nativitate legitima constet, pro ipsius probatione ac receptione in Collegium Literæ Natalitiæ Gebuhrts, Brieffe requiruntur, de quibus hac nostra Dissertatione, cum quotidie obveniant, dicturi sumus.

12 Quemadmodum autem omnia bene & competenter, si principium decens fiat & Deo amabile, geruntur *Novell. 6.* ita & Nos ad actum hunc nostrum solo Deo Duce progrediemur.

l. 2. C. d. offic. præfect. præt.

Sit itaque

CAPUT I.

CAPUT I.

De

Literis Natalitiis in genere, atque variis Nativitatem pro- bandi modis.

§. I.

SI nostri instituti de literis natalitiis suscepti gratia, antequam ad alia progrediamur, prius in voces inquiramus, nihil aberrabimus. Svafor enim nobis est ipse Ulp. *in l. 1. ff. d. 7. & 7.* cujus sententiæ suffragantur non obscuri nominis hodierni Interpretes, quos inter non immerito numerandum censemus Dn. Rebhan. qui etiam hoc, quicquid est laboris, egregie commendat *in Hodog. Jur.* & quidem *in prefat.* Horum igitur virorum dictis audientes citra ultiores ambages literarum Natalitiarum etymologiam, cvolvimus.

§. 2. Unde dicantur, si ve deriventur literæ Natalitiæ, scitu haud est difficile. Quamvis verò hæc res per se clara sit, nihilominus, ut instituto satisfiat, vocem utramque separatim considerabimus. Videtur itaque NATALITIÆ natalem suum deberi ipsi verbo NASCOR. Nam quemadmodum à fatum fatalis, ita à natum natalis vocatur. Becman. *d. orig. lat. ling. p. m. 511.* quare natalis dies *l. 23. ff. d. ann. legat.* natale & natalitium, quæ omnia pari passu ambulant, tempus, quo quis natus est, denotant; Hinc natalitius, perinens ad nativitatem. Becman. *cit. loc.*

§. 3. Missis hisce consideranda se nobis offert literarum origo, circa quam Philologi valdè fluctuant: Nam alii literas vocant quasi legiteras, quod iterentur legendo. Priscian.

Priscian. *in Vestib. lib. 1.* Alii ipsas à lituris dictas malunt, quod in ceratis tabulis scribere, & postea delere antiqui fuerint soliti, quemadmodum hodie nostris moribus literæ chartis illinuntur, unde facili negotio iterum deleri possunt. Melancht. *d. Orthograph. cap. 1.* Alii denique literas à lineaturis descendere autumant, quasi exentis ex prisca nominis origine aliquot elementis, quum primum dictæ essent *lineatura*, literæ postmodum factæ sint, quam sententiam amplectitur prælaudatur Becman. *d. Orig. lat. ling. p. m. 626. quem vide sis.* Literæ Ciceroni aliisque probatis Authoribus idem sunt, quod Epistola vel Epistolium quod mutuum inter absentes est colloquium, vulgo *ein Brieff.*

§. 4. Significatio vero literarum non una est, sed varia reperitur. Nunc enim literæ *Epistolium.* Cic. *lib. 2. Epist. 1. fam.* nunc *studia*, nunc instrumenta, documenta, & monumenta *l. 65. D. d. procurat. & defens.* significant; Nunc etiam Chirographi Germ. *Verschreibung l. 56. pr. mandat.* & rescripti principis *l. 5. S. fin. ff. ut leg. & fidei. &c.* vice funguntur; Quandoque etiam testimonia *l. 14. §. cum autem ff. de offic. præsid.* quibus iudices, Principes siue Magistratus testantur, rem quandam coram se gestam esse, vulgò *Rundschaften* denotant. Wehner. *Obs. præct. lit. B. p. 61.* Sic dantur & accusatorix literæ, vulgò *Steck-Brieffe* / quibus persequi solemus maleficos, ut, ubi reperiuntur, in vincula ducantur. Mev. *ad Jus Lubec. lib. 1. art. 11. num. 30.* Præter alias literas denique, quæ germ. vocantur *Kauffbrieffe* / *Bestandsbrieffe* / *Gedingsbrieffe* / usitatissimas esse nostras Natalitias literas, vulgò *Geburtsbrieffe* / testatur Wehner. *in observ. præct. sub lit. b. p. 61. item sub lit. M. p. 354.* atque harum descriptionem jam subjiciemus.

§. 5. Descri-

§. 5. Describuntur itaque literæ natalitiæ à Dd. quod sunt testimonium, quo non de legitimo solum ortu, verum de libertate quoque circa res suas disponendi cavetur, daß man echt und recht geböhren / und keinem Herrn mit Leib- eigenschafft unterworffen sey / Wehn. *sub voc. Zunfft. Speidel. sub vocab. Mannrecht. Befold. sub voc. Gebuhretszeit in addit.*

§. 6. Diximus literas natalitias esse testimonium legitimæ originis & libertatis l. 8. §. 1. ff. *quod met. caus.* & quidem non immerito. Nam quemadmodum aliæ literæ de re quadam; Ita quoque hæc de natalibus tam liberis quam legitimis optime testantur. Illarum enim finis potissimum in eo consistit, ut ætas & legitima nativitas, quæ in hominum societate obveniunt, recte probentur. Hinc licet peregre advolans se legitime natum liberumve profiteatur, ipsi tamen, legitimorum Natalium testimonio si destituatur, nihil omnino fidei habetur, sed omnis Civitatis collegiorumque jura affectans speciali originis libertatisque suæ testimonio polleat, oportet. Dignitatum enim portæ illegitimis & inhonestis non patent. *cap. 88. d. R. 7. in 6to.* & cavendum est, ne civitas illegitime natis & servilibus hominibus impleatur. *Speidel. sub voc. Mannrecht. Philip. in usu pract. ad Inst. lib. 1. Ecl. 39. Christoph Lehman. in Chron. Spirens. l. 2. c. 20.*

§. 7. Probari autem potest legitima Nativitas modis uno pluribus, potissimum verò duobus, quorum alter commode fit per vocem mortuam, h. e. per instrumenta. *Treutl. ad ff. vol. 2. D. 5. th. 1. lit. A.* Alter vero per vocem vivam. Per instrumenta hic non denotamus talia, qualibus domus aut fundus instruitur. *et. de instrum. fund. legat.* sed illa potissimum, quæ fidem rei faciunt, & causam instruunt. *Wesenb. ad ff. d. fid. instrum.* unde quo-

B

que

que describuntur, quod nihil aliud sint, quam scriptura ad rei gestæ fidem comprobendam. Dn. Struv. *Exerc. 28. t. b. 21.* & ad probationem negotii in illa contenti legitime confecta Dn. Schnob. *D. ad ff. 13. t. b. 22.*

§. 8. Probantur autem natales non nisi per publica Instrumenta; Publica siquidem, vel quæ judiciali auctoritate munita, h. e. vel à Magistratu ipso facta, vel publico sigillo confirmata sunt, semper plenam fidem faciunt, adcoque ipsis creditur, ut omnino testibus præponderent, Dn. Hahn. *ad Wesf. d. Instrum.* Imo faciunt probationem probatam, & veritatem apparentem. Dn. Carpzov. *p. 2. Const. 43. def. 7. n. 4.* Dn. Richter. *Decis. 32. num. 20. C. 25.* Quare etiam sine omni dubio per illa natales evidenter demonstrantur; Privatis vero eadem probandi vis neutiquam attribui potest, hæc enim quemadmodum à privata persona conficiuntur, & judiciali auctoritate destituuntur, ita etiam non plenam, sed semiplenam tantum fidem faciunt, propterea speciali quodam adjutorio indigent. Treutl. *ad ff. Disp. 5. vol. 2. t. b. 5. lit. E.* Wesenb. *ad ff. d. fid. Instrum. num. 2.*

§. 9. Instrumentis publicis non inconcinne annumerari possunt Libri Parochorum, vulgò, *Kirchen / oder Tauf - Bücher* / qui & baptismi libri dicuntur, quibus inscribi solet dies baptismi sive natiuitatis, ut recte constet, quo die, mense & annò quis natus sit. Wehn. *sub voc. Bücher.* Atque mos ille, ut antiquis non ignotus, ita hodie magis usitatus est. Solebant enim veteres apud a. Eta profiteri nomina liberorum addito die & consule, patre & matre, quo facilius ætas & origo probari possent. *L. 1. C. si min. major. se dix.* Idem moris & hodiernum obtinet, omnes enim Christiani liberorum suorum recens natorum natales apud Parochum loci profiteantur, necesse habent,

habent, ut non solum sacro adhibito lavacro ipsorum; verum etiam parentum & patrinorum nomina libris baptismi inscribantur, ac quoties de ætate controversatur, ipsorum auctoritate controversiæ lis commode componatur, quam strictè hic mos in multis locis observetur, testatur experientia. Variat autem pro ratione loci, & utrum Parentes in propria persona, an per tertium nomina liberorum apud parochum profiteantur, parum interest, modo statutis loci nihil detrahatur. Nam quod contra horum rationem receptum est, non est, producendum ad consequentia *l. 90. l. 141. ff. d. R. 7.*

§. 10. Alter legitimam nativitatem probandi modus institui potest per vocem vivam, ut docet Treut. *Disp. 5. vol. 2. th. 1. lit. A. i. e.* testibus, qui ad rei alicujus fidem faciendam à Judice vocantur & examinantur, Dn. Struv. *Exer. 28. th. 35.* Iphis enim in probatione facienda æquè creditur atque instrumentis. *l. 5. C. d. fid. Instrum.* præsertim si fuerint testes integri, idonei & omni exceptione majores, vulgo: *Snugsame Zeugen / die unverseumdt / und sonst mit keiner rechtmäßigen Ursache zu verwerffen seyn.* Wehner. *Obs. pract. tit. G. p. 175.*

§. 11. Testari autem, sive idoneum de natalibus perhibere possunt testimonium omnes, qui à lege expressè non prohibentur, etiamsi sint Parentes. Quamvis enim rejiciantur alias testationes propriorum Parentum, & in *l. 6. C. de testib.* cautum sit, ne mutua inter parentes & liberos, etiamsi velint, testimonia fierent, quia in Parentibus erga liberos magna militat affectio, ac fortasse in matre major, cum mulieres sint ad amandum faciliores & proniores, ut hoc modo ipsorum testimonium suspectum reddatur, præcipue cum Pater & filius pro una habeantur persona ac vix fieri possit, ut ex causa patris commodum ad filium non

redundet, quod, quando contingit, testimonium illicitum reddit, per *l. 10. C. d. testib.* Anton. Fab. *ad Cod. lib. 4. tit. 25. def. 30.* Tamen hoc fallit in probatione ætatis, ubi filiorum, parentum ac in primis matris testimonium legitimum reputatur, secundum Grammat. *Dec. 48. n. 13.* & Carpz. *p. 1. Const. 16. def. 49. n. 2.* Cum enim Parentes hujus rei exactam cognitionem habere præsumantur, ideoque in filiorum natalibus eorundemque ætate probanda admittendi ac audiendi sunt, propter *c. prætereac. 25. q. 3.* & *c. videtur 3. x. qui matrim. accus.* Dn. Brunnem. *ad l. 6. C. de testib.* B. Hahn, *ad Wes. de testib.*

§. 12. Idem erit dicendum de fratribus & consanguineis, qui in hoc quoque casu legitimi sunt, & cum nullibi alias prohibitum sit fratrum consanguineorumque testimonium *l. 4. ff. de testib.* nihil quoque obest, quo minus etiam hoc in casu admittatur; Quin imò licet alias domesticorum in jure prohibeatur testimonium, in probanda tamen ætate neutiquam repellendi veniunt, quia etiam pro domesticis supra dicta militat ratio. Qui vero ex alia causa inhabiles sunt, nec hoc in casu ad testimonii dictionem admitti poterunt. Sed enarrando omnium inhabilitatum ut hic paginas compleamus, neutiquam necessarium videtur, cum alias ex Pandectarum Interpretibus & Practicorum scriptis hæc omnia fusius pateant, quorsum cupidum Lectorem remittimus. Evolvatur itaque Carpz. *in Process. tit. 13. art. 5.* Nicol. *in Proc. p. 1. c. 59.* Dn. Struv. *Exerc. 27. th. 28.* & *seq.* D. Hahn, *ad Wes. tit. d. testib. cum sexcentis aliis.*

§. 13. Quot numero testes alias produci debeant, res est indifferens; Siquidem aliquando plures, aliquando pauciores proferuntur, modo ad minimum duo vel tres producantur. *Nov. 73. c. 1.* & *8. l. 9. §. 1. C. de test.* Nam ubi
non

non est specialiter expressum, duo omni exceptione maiores sufficiunt, hi sive civiliter, sive criminaliter agatur, plenum fidem faciunt. *l. 12. ff. h. t. Deut. 19. v. 15. Matth. 18. v. 17.* Dn. Richter *Dec. 28. n. 7.* Carpz. *p. 3. Const. 4. def. 70. n. 4.* Quare etiam in probandis natalibus ad minimum duo testes requiruntur, qui alias in hoc negotio exceptione omni maiores sunt. Et hæc causa est, quod literis natalitiis duorum probatorum testium insertum offendamus testimonium, Unius vero, licet etiam præclaro Curiaæ honore præfulgeat, testimonium regulariter nullum est. *l. 20. ff. d. quest. 1. 9. §. 1. C. de testib. Treut. vol. 2. Disp. 5. th. 7. lit. A.* Quod optime novit Sævola, Jctus excellentissimus, qui, quum testis unicus productus respondisset, discedens adjecit: *Ita sibi credi oportere, si & alii idem asseverassent, quoniam unius testimonio credere, pessimi esset exempli* Val. Max. *lib. 4. c. 1. n. 11.* Et hoc, quod testium unitas adeo imbecillis sit, ut nihil probet, ulterius patet exinde, quod tam sacer Codex, teste Matth. *c. 18. v. 17.* quam etiam Justinianus hinc inde præcipiat, pluralitem testium antecellere debere unitati, nam in trium ore consistere omne verum, testatur Dn. Richter *Dec. 91. n. 14.* Optime igitur plus fidei tribui solet pluribus, quam paucioribus, Dn. Struv. *Exerc. 28. th. 49.* modo sint honestæ vitæ & inculpatae famæ. Nam in testibus etiam quoad probationem natalium dignitas, gravitas, honesta & inculpata fides atque etiam mores probi requiruntur. *arg. l. 2. l. 3. pr. & §. 5. d. testib.* Hinc testimonium ab his testibus datum omni suspicione carens, sicut in aliis negotiis, ita quoque in probatione ætatis admittendum est.

§. 14. Non solum veroabilitas, sed & hoc in ditione testimonii requiritur, ut testes prævio juramento examinentur, quod cum in aliis, tum etiam in hoc ætatis

negotio observandum erit. Optima namque ingreditur via ille, sibi que de rebus suis egregie prospicit, qui per testes juratos testimonia perhiberi jubet, quoniam juratis potius creditur, quam injuratis, ac attestationum vis & efficacia ex testium juramentis dependet. Dn. Carpzov. *lib. 3. Resp. 95. n. 6.* Necessarium quoque est, ut testes jurent, si enim testis non juratus testimonium diceret & postea ab ipso sacramentum exigeretur, fieret ejus testimonium suspectum præsumitur namque ipsum timore infamiae & erubescen- tiae non esse contrarium ejus testificaturum, quod prius di- xerat. Myns. *cent. 3. obs. 80. & Cent. 4. obs. 77.* Neque et- iam in alio quam judiciali loco testes juramentum præstare, sed citati ibi comparere ac se sistere debent, nisi specialiter excipiantur, quo privilegio præcipue gaudent (1.) matro- næ honestæ, (2.) personæ egregiæ, (3.) valetudinarii (4.) se- nes (5.) debiles, hæ enim personæ ut extra domum suam te- stimonium dicant inviti, vix cogi possunt. *l. 9. ff. d. Jure- jur. l. 3. §. ult. ff. de testib. Nov. 123. c. 7.* unde illas Judex, non vero ipsæ judicem conveniant. B. Hahn. *ad Wesf. de te- stib.* plura ut de modo probandi per testes, tanquam obvio, proponantur, pagellarum angustia non permittit, sufficiat pro instituti ratione hac vice demonstrasse, quod tum per te- stes, tum etiam per literas natales probentur.

§. 15. Quinimo cum, qui hætenus pro legitimo ha- bitus fuit, si in possessione legitimitatis inveniatur, quam- vis forsitan, quod tempore belli vel pestis natus sit, ob consociorum mortem, vel alias justas causas exactam nati- vitatis suæ probationem afferre nequeat, pro legitimo ha- bendum, & à collegiis neutiquam rejiciendum esse, ex fa- cti contingentia nuper judicatum refert Magnif. Dn. Fritsch. *in tract. d. Jur. colleg. p. 2. c. 5. num. 5.* Favore namque matrimonii lex præsumit, cum esse legitimum, quem

quem nuptiæ demonstrant, per *l. 6. de his qui sui vel alien. jur.* ut in dubio præsumtio in meliorem instituatur partem. Quamvis enim ex parte patris probatio filiationis directo fieri nequeat, per *l. Lucius 83. ff. d. condit. & demonstrat.* quoniam filiatio, ut Dd. loquuntur, in sensum externum non cadit, ut de ea ex ipsorum dictis constare non possit; Tamen ex conjecturis, præsumtionibus, aliisque circumstantiis verisimiliter inducitur filiatio, utpote si quis natus sit ex uxore & marito simul habitantibus, si quem filium semper nominaverint, educaverint idque scientibus & videntibus vicinis. *l. filium eum desinimus. 6. ff. d. his qui sui vel alien. jur. l. 9. C. de Nupt.*

§. 16. Alias triplicem filiationis esse probationem, necessariam, probabilem & præsumtivam statuit Bald. in *l. 1. C. de iis qu. accus. non poss. num. 34.* Necessariam vocat respectu matris, quæ semper certa. *l. 5. ff. d. in jus. voc.* Probabilem quoad patrem, quia natus ex patre in domo sua, vicinis scientibus, filius patris præsumitur, per *l. filium eum 6. ff. d. his, qui sui vel alien. jur. & l. 9. C. d. Nupt.* Præsumtivam vero appellat, si pater natum suum nominaverit filium, eumque ut talem tractaverit, qua ratione quasi possessionem filiationis acquirit. Hinc Bart. in *l. 1. C. quorum honor. n. 3.* monet, quod in probatione filiationis duo conducant articuli, unus de veritate, alter de possessione filiationis, quod alias semper pro filio habitus, à Parentibus tractatus, & pro tali à vicinis omnibus reputatus fuerit, quæ quasi possessio filiationis hunc habet effectum, ut onus probandi in adversarium rejiciat. Add. Alexand. *vol. 1. cons. 81.* ubi asserit, quod ad probationem filiationis ex hisce tribus, quod (1.) aliquis sit filius Sempronii natus ex eo & ejus uxore in domo sua, vicinis scientibus, (2.) quod à Parentibus ut filius tractatus, & (3.)
secun.

secundum vulgi opinionem pro filio reputatus fuerit, unum favore matrimonii & partus sufficiat. Gail. lib. 2. obs. 47. Confer. Mascard, d. probat. vol. 2. concl. 792. n. 16. & quos allegat Dn. Brunneinan. ad d. l. 6. C. de Nupt. ubi non solummodo notat, quod praesumatur matrimonium, si quis mulierem liberorum procreandorum causa domi habeat, sed etiam hoc observat, quod ex communi opinione probetur affectio maritalis & filiatio. Quibus praesuppositis jam de origine literarum natalitiarum agendum erit.

CAPUT II.

De

Literarum Natalitiarum origine & convenientia cum mo- rali honestate.

§. I.

EXpositis proximo antecedente capite literis natalitiis in genere ita spectatis, cum altero nativitatem probandi modo, digrediemur nunc ad ipsarum literarum originem. Quemadmodum enim apud Romanos legitimati per subsequens matrimonium dotalibus sive nuptialibus instrumentis opus habebant, quibus affectum parentum concubinarium in maritalem mutatum propriamque simul legitimationem probare possent. Dn. Struv. Exerc. 3. th. 50. Itaque quoque casu, si de filiatione & legitimis natalibus dubitetur, Instrumenta Natalitia necessaria erunt, probare enim debet, qui se filium dicit l. 5. §. 8. ff. d. agnosc. & elend. lib. Neque sufficit, quod iudex ipsum ali jusserit, quia in decernendis alimentis prius super filiatione summarie est

est cognoscendum. Dn. Hahn, ad *Wes. tit. d. his qui sui &c.*
& sicuti in republ. Romana, stante servitute, manumissis &
libertate donatis summe necessarium fuit, ut à dominis su-
is literas dimissorias certissima libertatis acceptæ signa im-
petrarent, sicque haberent, unde sese vere libertate beatos
profiteri, liberique nunc vivere possent. Rosin. *in Anti-*
quit. Sic hodie in hominibus propriis; Romanorum ser-
vis, excepto Statu, fere similibus à duriori tractatione li-
berandis varii sunt recepti modi, inter quos manumissio
eminet, ratione cujus Affrancamēta, de quibus Dn. Philipp.
in Usu pract. ad Inst. lib. 1. Eclog. 39. agit, conceduntur de
quibus sub fine Dissert. dicendum erit.

§. 2. Et cum hodie quibusdam in locis adhuc homi-
nes proprios inveniamus, merito cavendum erit, ne ejus-
modi homines proprii, genuinam ferme quoad operas Ro-
manorum servitutem repræsentantes ingrediantur portas
dignitatum. Qua propter ad fraudem istam excluden-
dam natæ sunt Literæ Natalitiæ, quæ legitimum ortum &
libertatem testantur. His enim qui destituitur, dignus
admodum est, qui ab omnibus & civitatum & collegio-
rum juribus excludatur Lehman. *in Chron. Spir. lib. 2. c. 20.*
§. *ferner ist zu wissen / atque de his infra.*

§. 3. Natales verò suos, si non directo, ad minimum
tamen per consequentiam literæ natalitiæ morali debent
honestati. Postquam enim morti ob noxium fuerat red-
ditum genus humanum, ne aut nova semper stirps crean-
do esset sufficiens, aut tam nobilis speciei duratio unius
extingveretur ætatis spatio, sapientissimus creator prospe-
xerat discrimine sexus, ut naturali facultate indita commi-
xtis corporibus sese propagarent mortales. Neque hoc
per incuriam, aut molestias partus aut educationis morta-
les omitterent, mutuam sexuum ad se invicem propensio-

C

nem

nem & acres stimulos cum ardentissimo in prolem affectu inſeuit, ut libenter homines obirent, citra quod mortali-um genus durare non poterat. Eleganter hoc exprimit Seneca his verbis : *Providit ille maximus mundi parens, cum tum rapaces cerneret fati manus, ut damna ſemper ſobole repararet nova.*

§. 4. Neque tamen ea propter foedæ illæ libidines, quæ nullum alium finem, præter obſcænam titillationem habent, approbatæ ſunt. Quo acriores enim ſunt ſtimuli, quibus homines ad Venerem ſollicitantur, eo magis legi naturæ curæ eſt, ne per ejuſmodi illicitos congreſſus decorus ordo pacificæ ſocietati neceſſarius turbetur ; Inde non damnatur ſolum flagitioſa illa libido, qua quidem in brutorum corpora, aut parem in ſexum feruntur, ſed etiam ſexus commixtio, non tam ad propagandam ſobolem, quam voluptatis cauſa & propterea ſolummodo facta, ut pruritus congregantes demulceant. Quamvis itaq; non nullis perſuaſum ſit, complures Gentes hanc partem naturalis libertatis cenſuiſſe, ut innupti innuptæve corporis ſui copiam ſibi invicem deliciarum & voluptatis cauſa facere queant, ſive gratis ſive mercede ; Tamen ſi hoc concederetur, ut omnes ſibi membra generationi deſtinata vagæ poſſunt congregere libidini, ut ad illius uſum unice applicarent, decora inter homines ſocietas ſubſiſtere ne-
tquam poſſet, & finis matrimonii ſobolis ſc. honeſta procreatio everteretur. Quare nec juris naturalis dictamen circa hanc rem adeo exolevit, ut illi, qui vitioſos hos congreſſus tolerarunt, vagam illam libidinem probaverint, ac ab omni turpitudinis nota abſolverint, hinc non ſine ratione Ulpian. *in l. 4. §. 4. ff. d. condict. ob turp. cauſ.* pronunciat : Turpiter facere meretricem, quod ſit meretrix.

§. 5. Qui-

§. 5. Quinimo licet uterq; concumbenticum aut alter-
uter ea intentione congregiatur, ut sobolem producat, &
prolem excitet, haud quicquam tamen morali honestati
congruit, genus humanum per concubitus vagos ac lege
solutos propagari, quare honestis matrimonii legibus con-
nubia circumscribenda fuerunt. His enim remotis parum à
bestiis abfuturus esset homo, & vitam paulo minus quam
belluinam ageret, cum sine legibus connubialibus familiae,
sine familiis vero civitates intelligi nequeant, ut iis omnis
decorus ordo in vita humana constituendus innitatur. Et
hæ leges liberos legitimos ab illegitimis secernunt.

§. 6. Cum Jano quidem ab Arcedura *in Concl. feud.*
c. 2. concl. 7. n. 16. Hennig, *in suis obs. Grot. l. 2. cap. 7. §. 8.*
contra Struv. de jure naturæ discrimen inter legitimum &
illegitimum partum rejicit, exinde quod attentior confi-
deratio vocabuli legitimi hoc evincat, & quod naturaliter
ante specialiores Legumlatorum curas matrimoniis essen-
tialia solummodo fuerint, ut vir & foemina habilis ætatis
consensu connubiali i lud contrahant; Verum sententiæ
huic non solum hætenus dicta cum morali honestate ob-
stant; Sed & hoc modo sequeretur, quod de jure naturæ
nulla inter liberos, quocunque etiam procreentur modo,
statuenda sit differentia, quod tamen nec ipse Hennig
concedit, dum dicit: *Quod si vero aliquis ulterius pro-*
gredi & natos ex incesto coitu illegitimos vocare velit, hæ-
tenus quidem aliquid largiri possem. Concedimus qui-
dem, quod Palæottus *d. Spur. c. 11. n. 36.* cum multis aliis ci-
tatis ab Hieronym. de Cævall. *opinion. comm. contra comm.*
q. 295. n. 4. differentiam legitimorum & non legitimorum
demum juri civili adscribat occas. *Nov. 89. c. 9. & Nov. 94. n. 1.*
Sed collectio Justiniani in *d. Nov.* claudicat, ut non sequa-
tur: Sicut de jure naturæ ignota fuit divisio, inter liberos

& servos, ita & eodem jure distinctio inter spurios & legitimos incognita erit. Illa enim, ut res indifferens, juris merè positivi, adeoque deinde à gentibus inducta est, hæc vero ex discrimine turpis & honesti oritur, cui honestati morali totum jus naturæ innititur. Jam si huic honestati meræ fornicationis & libidinis exercitium contrariatur, merito hoc discrimē ex eodem principio fluens agnoscendum erit. Alioquin enim scorta omnia jure naturæ ante legem scriptam permittenda quis diceret, quod non solum contra rationem pugnat, sed & impium est asserere, ut concludit Dn. Hahn. *ad Wesf. tit. d. concub. n. 5.*

§. 7. Fundata hoc modo legitimorum & illegitimorum differentia, ratione quoque naturali congruit, ut de modo, quo honesti natales probantur, solliciti simus, quod præcipue per literas natalitias peragitur. De illarum quidem origine nil certi constat, usus tamen antiquissimus exinde fortean colligi poterit, quod jam dudum Romanorum temporibus recepta fuerint instrumenta dotalitia, quibus liberi legitimi purgatum naturalitatis vitium probare debebant, hisce vero instrumentis dotalibus ferme in omnibus respondent literæ natalitiæ. Sicut enim dotalitia instrumenta de parentum concubinario affectu in maritalem commutato testantur; Ita quoque natalitia testimonia legitimam originem exhibent, atque efficiunt, ut taliter natis portæ dignitatum pateant, cum communi consensu jam olim obtinuerit, ut spurii & illegitimi nati fere ubique locorum ab officiis & dignitatibus, si legitimi adsint, excludantur. *l. 3. §. 2. ff. d. Decurion.* Cujus triplicem rationem reddit Duaren. *lib. 4. d. benefic. 6. 5.* (1.) metum incontinentiæ paternæ frequentissimum, quia filius non tantum corporis paterni, verum etiam animi quædam imago est, unde tritum Græcis proverb. κακὸν κόρον καὶ κακόν. ὡς
à jure

à jure quoque nostro approbatum. *Can. sigens Angelorum*
dist. 56. l. 5. §. 1. C. ad L. Jul. Majest. quod etiam in vitiis
 maternis obtinet. Hinc nostri ita efferunt: Was von
 Huren seugt / das ist zu huren geneigt. (2.) ut hoc mo-
 do parentes honestis potius conjunctionibus & castita-
 ti studeant. Verissimum enim est, quod Paulus Jæus in
l. 8. §. ult. ff. quod met. caus. asserit, tantum esse affectum
 patris in filium, ut poena molestiaque filii magis quam
 sua terreatur & excrutietur, (3.) quia ita nati, si non
 probro & ignominia, ad minimum tamen vitio quo-
 dam dignitatum portas impediende maculati sunt. Colli-
 mant huc verba Sarisberiens. in *Policrat. c. 11. Fides ma-*
ritus bene meretur de majoribus, quorum sanguinem
sobole furtiva non vitiat, bene de liberis, quibus nec de
matre erubescendum, nec de patre dubitandum, bene
imprimis de se, quem à contumelia alieni corporis vin-
dicat.

§. 8. Quia vero præter legitimum ortam testimonia
 natalitia etiam libertatem circa res suas disponendi demon-
 strant, ideoque penes Germanos antiquos haud incogni-
 ta fuerunt. Multa adduci possent ex Lehmann. *Chron.*
Spirens. l. 2. c. 19. & seq. quorum tamen B. Lect. brevitatis
 gratia remittimus, ubi inveniet, quod *c. 19.* conditionem
 Edlingorum, id est nobilium & ingenuorum, ut & illo-
 rum, qui Freybürger vocati sunt, fusius demonstrat, &
 tandem in *c. 20.* multiplicem statum hominum propria-
 rum penes Germanos recenset, inter alias vero sub fine
 hunc in modum concludat: Ferner ist zu wissen/das die
 Jenigen so der Leibeigenschaft und Dienstbarkeit
 durch vorherührten Proceß einen ledig gesprochen/
 erstlich hierdurch zu dieser Freyheit kommen / das sie
 in den Reichs-Städten zu Inwohnern / doch nicht
 zu

zu Bürgern angenommen worden / Darzu keiner
der eines andern Herrn Leibeigener / gereichen und
der gemeinen Rechte der Freyen fähig werden könn
nen / vermöge der Befehl / so droben unter der 6.
Beschweruß der Leibeigen angezogen. Man hat
dieselbe in den Allmannischen Rechten Colonos ge
nandt / L. 22. der Verfolg gibt aber zu vermuthen /
daß oft die Städt und Obrigkeiten durch Leibeige
ne ansehnliche Leute müssen seyn hintergangen wor
den / als wenn sie Freye weren / weil man in fol
genden Zeiten solchem Betrüge mit diesem Mit
tel begegnet / daß ein jeder so zu Bürger und in
Städten auffgenommen werden wollen / mit Briefs
lichem Schein / so man Mannrecht nennet / müs
sen darthun / daß er niemandes eigener Mann sey /
oder nachfolgenden Herrn habe. *Hinc literæ illæ
testimoniales vocantur Mannrecht / & nihil aliud de
notant, quam testimonium libertatis, quo quis docet,
daß er ehrlich geböhren / und keinem Herrn mit
Leibeigenschaft verwand / oder keinen nachjagen
den Herrn habe. Cum literis natalitiis quoque à Spei
del. in Spec. sub vocab. Mannrecht pro synonymis ha
bentur, & in omnibus ferme conveniunt, ut ex cap. ult.
hujus Dissert. patebit.*

§. 9. Tandem confirmatis collegiorum tribubus at
que sodalitiis receptum quoque est, ut testimonia natalitia
exhibeant qui receptionem desiderant ad excludendam
fraudem, ne cum civitate collegia inhonestis, illegitimis,
ac servilibus personis impleantur ideoque cum collegiis ad
Nos quoq; transierunt testimonia natalitia, quæ sensim re
cepta & in tantum appobata sunt, ut non aliter, nisi prius
de

de honestis natalibus constat, receptio in collegium fiat. Quæ consuetudo à Ruland. *d. Commissar. p. 1. lib. 4. c. 6.* & Besold. *lib. 1. Polit. c. 12. th. 26. n. 3.* aliisve non immerito approbatur. Excitatur namque his moribus studium se-
cundæ vitæ innocentiam, vitandique morum corruptelas;
Quare in collegiis opificum strictior quam alias ab antiquo
invaluit disciplina.

CAPUT III.

De

Personis impetrantibus lite- ras natalitias.

§. 1.

Missa literarum natalitiarum origine, jam de subiecto,
personis sc. ipsas impetrantibus agendum erit. Qua-
propter si quisquam est, qui literarum natalitiarum im-
petratione eget, is sane erit, qui ex ignobilis vulgi opinio-
ne æstimatur, ac si infamia vitæque vilitate, quæ in civi-
tatum collegiorumque jura petentibus quam maxime
arguitur, laborat. Dn. Carpz. *p. 2. c. 6. d. 14. n. 8. & seqq.*
Hinc quilibet, antequam recipiatur in Collegium hone-
stæ vitæ testimonium producere debet. Dn. Richter. *Dec.*
80. n. 19. Wehn. *sub vocab. Zunft.* Superstitiosa enim ar-
tificum cohors nimium honestati studere videtur, dum in
opificiis nihil omnino, quod vel paululum inhonestatis si-
ve dedecoris redolet, tolerare vult, ut exinde enatum sit
illud germanicum: *Es müssen die Aempter und Zünfte
so reine seyn / als wann sie eine Taube gelesen hätte.* Dn.
Carpz. *p. 2 Dec. 192. n. 1. seq.*

§. 2. Et hoc nimium honestatis studium efficit ut
existimationis suæ vix alios vindices ipsis opificibus soler-
tio.

uiores reperire possimus. Hi enim si quem macula aliquam notatum sibi persuadent, receptionem in collegium dene-
gant, subverentes, ne forte sibi suisque ita aliquid labis at-
trahatur, quum id saltem dicamur posse, quod honeste
possimus. Dn. Philipp. *in usu Pr. ad Inst. lib. 1. Ecl. 26. n. 1.*
Quamobrem varia etiam circa collegio jungendos exor-
ta sunt requisita, quæ tamen justo longius extenderunt,
dum ipsorum liberos, quos afflictæ cujusdam vilitatis
nuda opinio vulgi arguit, adeo dignos judicarunt, ut à
collegiis excluderentur. Quare hic abusus apud majo-
res nostros inolevit, daß die Leineweber und Barbier
rer / Schäffer / Müller / Zöllner / Bader / Pfeiffer /
Trompeter / Hirten / Spielleute / & hujus farinae alii
kein zünftigt Handwerck lernen mögen / ut testatur Wehn.
*cit. loc. Speidel. sub vocab. Handwerck. Besold. sub eod.
vocab.*

§. 3. Verum cum Imperatori Carol. V. iste con-
suetudinum atque statutorum irrationabilium abusus sub-
oleret, justissima æquitate commotus, eum Romano Im-
perio expelli atque exilio perpetuo multari iussit, pru-
denter existimans, quod cujusvis infamia non ex priva-
torum arbitrio, verum ex lege, moribus, atque judicio
civitatis sive Magistratus turpe factum arguente de-
pendere debeat. *Mev. ad Jus Lub. lib. 4. tit. 13. art. 3.
in addit. ad num. 39.* Saluberrime igitur *in Imp. Re eff. d.
anno 1548.* Von Reformation guter Pollicey / It. Von
Handwercks-Söhnen / & quidem cum clausula con-
suetudinem & statutorum contrariorum annullatoria, de
receptione istorum hominum cautum est in verb:
So wollen wir solche beschwehrliche Gebräuche
und Gewohnheiten hiermit auffgehebt / und vernich-
tet haben. Setzen / ordnen / und wollen demnach /
daß die

die Leinweber / Barbierer / Schäffer / Müller /
Zöllner / Pfeiffer / Trompeter / Bader / Hirten /
Spieleute / und die / deren Eltern davon sie ge-
bohren sind / und ihre Kinder / so sich ehrlich und
wohl gehalten haben / hinführo in Zünfften / Gas-
feln / Ampten und Gülden keines weges ausgeschlo-
sen sondern wie andere redliche Handwercker auff-
genommen / und dazu gezogen werden sollen / id quod
repetiit Rudolphus II. in Reichsabschiede de anno 1577.
Von verbesserter Pollicey / Ord. tit. 38. vid. Carpz.
p. 2. c. 6. D. 12. num. 1. ut & lib. 6. tit. 10. Resp. 99. n. 3. & 4.
Dn. Richter Dec. 80. n. 11.

§. 4. Hisce igitur consideratis, liquido apparet,
quod omnes omnino, qui sunt honeste nati, literas natali-
tiasi impetrare, & in collegia recipi possint, etiamsi sint
molitorum, textorum, Chirurgorum, balneatorum liberi,
qui ex opinione vulgi pro vilioribus habentur. Hahn.
ad Wes. d. his qui sui &c. Quare perperam & supersti-
tiosè literis natalitiis quibusdam in locis ex opinione vul-
gi hæc adjicitur clausula: *So ist N. nicht eines Baders/
Barbierers / Schäffers / Spielmanns / Pfeiffers / Zöll-
ners / Müllers / Leinwebers / oder Hirten Sohn etc.*
Merito enim è mœnibus bene constitutarum Rerumpubl.
protinus excessè jubetur; Quam ob causam Lubecæ, ne te-
stimonia natalitia hac vulgarissima & obsoletissima for-
mula oblata atque conspurcata producantur, sub poena ar-
bitraria sanctissime prohibitum est, ut refert Dn. Richter
Dec. 80. n. 11. Wehn. *sub voc. Zunft.*

§. 5. Neque etiam in literis natalitiis impetrandis
distinctio inter sexum constituenda videtur. Ut pluri-
mum quidem & frequentius masculi illis indigent quia hi
ad dignitates adspirant, & receptionem in collegia opifi-

D

cum

cum desiderant. Tamen & foeminis quandoque hoc sub-
dium demonstrandi legitimas natales necessariū est, quod
dupliciter contingit (1.) si loci consuetudo hoc exigat, quæ
consuetudo, cum rationi nullo modo repugnet, omnino
toleranda est, (2.) si peregre non nemini nubant, aut alia
ratione extra patrios lares inter peregrinos commorari
debeant. Ne enim quandoque quæstionem status pa-
tiantur, necessarium erit, ut literis sibi prospiciant natali-
tiis. Hinc Speidel. *in Specul. sub vocab. Mannrecht*
asserit, quod quibusdam in locis receptum sit: *Daß*
auch die Weiber so sich von fremden Oertern her mit eis-
nem Bürger verheurathen / ein Mannrecht oder Ges-
hurths = Brieffe haben müssen / quia servitus ut & die
Leibeigenschaft ventrem subsequi solet, ut ex Dn. Be-
sold. annotavit Georg. Ludovic. Lindenspuhr in com-
ment. über die Fürstl. Württemberg. Landes / Ord. tit.
von Bürger = Recht fol. 5. sub num. 3. ad fin.

§. 6. Sicut autem ex his (1.) certum est, quod liberis
legitime natis nullo unquam denegari possint modo literæ
natalitiæ, quanquam enim alias sine testimonio natalium
liberi possint esse ingenui *l. 9. C. de Nupt.* ibique Dn. Brun-
nem. tamen pro demonstrando legitimo ortu consuetudo
exigit; Ita quoque (2.) ratio nulla apparet, cur dubite-
mus, an literas natalitias impetrare, & in collegia recipi
possint liberi per subsequens matrimonium legitimati &
licet adversari videatur statutum hoc, neminem nisi legi-
time natum, in collegium recipi debere, id tamen frustra
omnino est, quia legitimati à legitimis nihil differunt. *§.*
fin. d. Nupt. Nov. 74. pref. & c. 1. Nov. 12. c. fin. Subsequens
enim matrimonium omnia vitia purgat, atque ipsis subla-
tis, quid obstat, quo minus matrimoniū illud existat legiti-
mum.

mum, natiq; in ipſo liberi habeantur legitimi? *arg. l. 3. §. 6. ff. d. Neg. gest. Carpz. p. 2. c. 6. d. 15. n. 7.* Imo quamvis peculiare ſtatutum adſit, quod contra illegitimos pugnet, ipſorumque excluſionem præcipiat, nullo tamen modo in præjudicium legitimatorum per ſubſequens matrimonium valere poteſt, ne contra matrimonium agat, huiusque juſ ac favorem infringat. Quapropter natalitium teſtimonium, quod tribuitur legitimis: *Daß ſie von ehrlichen frommen Eltern / und aus einem rechten ehelichen unbesleckten / ungetadelten Ehebette herkommen und geböhren / recte quoque hoc modo legitimatis tribuitur.* Dn. Bechman. *Exerc. Exot. ad ff. 3. n. 105.* Matth. Stephan. *d. Jurisd. lib. 2. p. 2. c. 8. n. 40.* cum ſeqq. Carpz. *Jſpr. Eccles. lib. 2. def. 237.* Alias enim iniquiſſimum eſſet, liberos innoxios tanquam peccantes, propter Parentum facta, quæ per cohabitationem matrimonialem ſublata ſunt, punire, ceu ipſe Imperator innuit in *Nov. 12. arg. l. 57. §. 1. ff. d. Rit. Nupt. c. 2. c. 14. x. qui filii ſint legit.* B. Hahn. *ad Weſ. d. his qui not. infam. Mey. ad juſ Lubec. lib. 4. tit. 13. art. 3. n. 40.*

§. 7. Porro (3.) illi, qui nati ſunt poſt contracta ſponſalia ante Benedictionem ſacerdotalem, & teſtimonio natalitio, & collegiorum fruitione digni cenſentur, quia non extra, ſed in matrimonio nati ſunt, atque ubi in juſ de ſtatu liberorum dubitatur, non conceptionis, ſed partus potiſſimum tempus inſpiciendum erit per *Nov. 89. c. 8. in ſin.* Carpz. *Jurispr. forenſ. p. 2. c. 6. def. 13.* Benedictio namq; ſacerdotalis non eſſentiale quid matrimonii, ſed tantum ex lege eccleſiaſtica neceſſarium requiſitum eſt, ad ſolenne matrimonium conſtituendum faciens. Licet itaq; filius in propoſito caſu nō ſit natus ex matrimonio ſoleñi, natus tamen eſt ex ejuſmodi conjunctione, quæ eſſentialibus matri-

monii constat; modo certa existat de promissio matrimoni, quod solo consensu contrahitur *l. 30. ff. d. R. J. l. 4. d. Spons. Dn. Struv. Exerc. 29. th. 26.* Hinc matrimonium consensu contractum tam firmum est, ut nec summus Pontifex illud dissolvere queat. Bronchorst. *in nov. ad l. 30. ff. d. R. l.* Imò Sponsa in tantum pro uxore habetur *l. 74. ff. d. jur. dot. l. 4. ff. d. fund. dotal.* ut cum alterius sponsa rem habens adulterium quoque committat *l. 13. §. 3. ff. l. 2. C. ad L. Jul. d. adult. Dn. Struv. Exerc. 38. th. 22.* Licet itaque Parentes contra Ordinationes Ecclesiasticas peccaverint, quod ante solennem celebrationem nuptiarum concubuerint, non tamen propter hoc parentum peccatum matrimonium nullum, sed tantummodo minus solenne est; Quare partus hoc modo procreatus tam ad successionem allodiam quam feudalem admittitur. Hart. Pistor. *Obs. 83.*

§. 8. Similiter (4.) iis, qui post nuptias contractus septimo mense nascuntur, testimonium natalitium optimo jure dari posse, certum est, non obstante quod de septimestri partu olim diu multumque fuerit controversum. B. Hahn. *ad Wes. d. stat. hom.* Hæc controversia namque maximam partem sopita atque composita est, dum ex communi tam Juristarum quam medicorum & Philosophorum sententia pro legitime nato habetur partus septimo mense procreatus, quorum magnum numerum allegat Paul. Zach. *lib. 1. quest. medico-legal.* Licet vero ipse cum quibusdam dissentiat, interim tamen ipsum Hypocratem contradicentem habet, qui partum septimestrem legitimum variis in locis constanter docuit, remque rationibus pluribus confirmavit. Hypocratis autoritatem secutus est ipse Ulp. qui simul partum septimestrem legitimum judicavit in *l. 12. ff. d. stat. hom. §. l. 3. §. fin. ff. d. suis & legis. & c.*

§. 9. Sed

§. 9. Sed an partus non tam in fine aut medio, sed sub initio septimi mensis natus pro legitimo habendus sit, ut literas natalitias impetrare possit, quæritur? Affirmativa verior est, nam probationem hujus asserti ipse Ulp. in d. l. 3. §. fin. ff. d. suis & legit. hered. addit, ubi partum die 182. natum legitimum pronunciat. Jam si triginta dies pro uno mense computentur, his computatis, ceu vult Carpz. p. 4. c. 27. d. 13. constitutos videmus sex menses integros & duos dies, qui septimi mensis initium constituunt. Dn. Bechm. ad ff. tom. 1. p. 1. Exerc. 4. n. 35. Quanquam vero conditio partus septimestri ita comparata sit, ut de eius habilitate dubitari nequeat, nihilominus tamen nonnulli Dd. ipsum, distinctione præmissa, legitimum negant; Aliter enim rem sese habere dicunt cum muliere primum conjugio initiata, mit einer jungen und vorhero noch unverheyratheten Weibes Person / cujus partum septimestrem legitimum censent, aliter vero cum muliere antea vidua, jam autem ad secunda vota transgrediente, mit einer solchen Frauen / so bereit ehliche Jahre und zwar ohne Kinder im Ehestande gelebet / und sich darauff anderweit verheyrathet / hujus partum septimo mense natum illegitimum esse judicant. Verum partum utriusque pari passu ambulare, æquitas svadet. Hinc cum de putativa secundarum nuptiarum partus conditione infeliciori motæ essent querimonix, pro ipso optime in Scabinatu Jenensi mens. Febr. Anno 1641. pronunciatum refert Dn. Richter Decis. 89. n. 3. Add. B. Hahn. ad Wes. d. stat. hom. Dn. Struv. Exerc. 3. th. 4.

§. 10. Hoc vero limitatur, si ipsa uxor confiteatur, se ab alio vitiatam esse, aut si hoc constet ex aliis indiciis, tunc namque partus pro legitimo haberi ac literas natalitias impetrare nequit, teste Dn. Richter. Dec. 89. Quare in Ec-

clesiis quoq; receptum est, ut conjuges partum septimestrem procreantes ad iudicium vocentur ecclesiasticum, ad disquirendum, an ante contractum matrimonium illicitè se commiscerint; Interdum pro re nata iuramentum purgatorium præstare debent, ut præsumptiones contra se militantes pro ratione circumstantiarum elidant. Quandoq; etiam pro discretionè iudicis ecclesiastici deprecatio vel simplex vel publicâ habet locum, quamvis partus sit septimestris, modo constet, quod ante benedictionem sacerdotalem sese conjuges commiscuerint, ut in *Ordin. Eccl. Vinar. p. 1. c. 16. & p. 2. c. 28.* fusius explicatur, ubi insimul formulæ variæ deprecationum hoc in casu adhibendæ proponuntur. Nec sic tamen natis perinde ut legitimatis per subsequens matrimonium literæ natalitiæ denegandæ erunt.

§. II. Sic jam septimestris legitimus est, ut literas natalitias impetrare possit, multo magis idem (5.) de octimestri dicendum erit. Quamvis enim multi inveniuntur qui ipsum septimestri longe infeliciorè æstiment, inoffenso tamen pede vix videntur progredi posse, dicunt quidem octimestrem ultra octiduum inter vivos nō manere superstitem, esse infirmum, esse denique abortivum, atque propterea referunt inter illegitimos, verum perperam, si quidem horum argumenta optime refutantur à prælaud. Dn. Paul. Zach. *quæst. medico-legal. lib. 1. tit. 2. q. 4.* Considerata quoque natura, factaque inter septi & octimestrem comparatione, in aprico res erit, quod octimestris septimestri vitalitate, robore & membrorum soliditate longe multumque antecellat. Est namque magis formatus, atque calore præditus vegetiori, quum jam sit propinquior mensi nono & decimo. Dn. Richter, *Decis. 89. n. 2.* Quod vero octimestris partus magis affligatur & agrotet, quam se-

septimestris, id ex accidenti fieri colligimus ex illis, quæ Paul. Zach. *quæst. medico legal. lib. 1. tit. 2. q. 4.* tradit. Hinc fluit, quod statutum illegitime natum excludens, octavo mense natum, si forte superstitem eum esse contingat, non comprehendat, neq; etiam à testimonio natalitio excludat. Add. Dn. Carpz. *qui p. 4. const. 27. def. 14. & lib. 2. Jurispr. consist. def. 225.* asserit, quod in tempore conceptionis sæpius fallantur mulieres, ut vix constare possit, num quis septimo vel octavo conceptionis mense natus sit.

§. 12. Legitima nativitas (6.) noni- & decimestris partus dubitationem nullam meretur; Siquidem hisce duobus mensibus physicorum, medicorumve consensu legitimus nascendi terminus ut plurimum figi solet. Dn. Richter *Decis. 89. n. 3.* Nec inter est, utrum quis sub initium, medium aut finem horum duorum mensium sit prognatus. Omnimodo enim partus hic à Jctis censetur legitimus, adeoq; etiam natalium legitimorum testimonio, collegiorumque societate vere dignus est. *l. Gallus 29. pr. ff. d. lib. & posth. hered. l. intestato. 3. §. post decem. 11. ff. d. suis & legit. hered. l. fin. ff. d. fidei com. libert. l. fin. C. d. posth. hered. inst.*

§. 13. De partu (7.) undecimestri post mortem patris edito, an & hic pro legitimo, & literis natalitiis digno habendus sit, Dd. itidem non unas fovent opiniones, atque illas tam affirmationis, quam negationis exponunt fluctibus. Verum potiores affirmativam defendunt, modo natus sit partus sub initio mensis undecimi, Dn. Carpz. *p. 4. c. 27. def. 15.* Atque ubi in tali casu quæstio oritur, pro illa decidenda institui debet mensium computatio, videlicet non à tempore mortis mariti, sed conceptionis. Rauchbar. *p. 2. q. 24. n. 50. & seqq.* præsertim vero hoc, quod pro legitimo habeatur, procedit, si maritus subitanea morte extinctus, vel optima valedudine fruens à latronibus occisus
sit,

fit, tunc enim bene præsumi atq; statui potest, partū illum non adulterino, sed honesto & legitimo loco ortum suū debere i. e. legitimum esse. Dn. Carpz. *cit. loc.* Quare in simili casu Consistoriales Wittebergenses, ubi post obitum mariti uxor quædam, quæ vitam honestā ante & in viduitate vixerat, ac undecimo mense post mortem mariti foemellam enixa est, pro partu illo pronunciarunt. Beust. *d. matrim. c. 36.* Dn. Richter. *dec. 89. n. fin.* Dn. Hahn. *ad Wes. d. stat. hom.* Paul. Zach. *cit. loc.* Ideoque hisce præsuppositis patet, quod etiam huic partui literæ natalitiæ denegandæ non sint. Num vero ultra decimum mensem, & initium undecimi post mortem mariti uterum ferre possit mulier, ut partus pro legitimo habendus sit, ea occasione, dum Bartolus quoq; annum & tredecimestrem admittit, disquiritur; Negativa verior est, quia illa, quæ in contrarium moventur, non nisi de raro contingentibus sunt. vid. *Disp. d. partu human legit. & illegit.* sub Dn. Præfide anno 1669. *habita, ubi cap. 3. n. 26. & seq.* hæc quæstio tractatur.

§. 14. Constat itaq; ex hæcenus dictis, quod literas natalitias impetrare possint legitimati per subsequens matrimonium, & qui ante benedictionem sacerdotalem quidem concepti, sed in matrimonio nati sunt, hi enim non tam legitimati, quam legitimi, dicendi veniunt, quod in quæstionibus, ubi de statu liberorum agitur, non conceptionis, sed partus tempus inspiciatur. Carpz. *p. 2. const. 6. def. 13.* it. qui geniti sunt ex sponso & sponfa non interveniente benedictione sacerdotali, ut & partus septimestris, octimestris & post mortem patris sub initio undecimi mensis procreatus est. His vero (8.) annumerandi sunt illi, qui nati sunt ex parentibus, qui per errorem bona fide nuptias contraxerunt, quæ non essent contrahendæ, per *cap. pen. X. qui fil. sint legit.* Taliter namque procreati
pro

pro legitimis habentur, ut testatur Dn. Hahn. *ad Wes. de his. qui not. infam. n. 2. circa fin.* ubi præjudicio confirmat, quod ex bigamia nati ab ea, quam maritus duxerat criminis ignarum, habendi sint pro legitime natis *arg. l. 57. S. 1. ff. d. rit. nupt. & d. c. pen. X. qui fil. sint legit.*

§. 15. Quare licet quis (9.) imprægnatam ab alio duxerit, tamen liberi ex illa in legitimo matrimonio procreati legitimi sunt, ut literas natalitias omni jure petere possint, licet etiam adsit statutum, ne collega infamem ducat uxorem, lata tamen inter meretricem & defloratam est differentia. Nam licet illa, non tamen hæc infamis est, neque etiam impedienda est dignitas illius, qui nihil admittit. *l. 6. in fin. ff. d. decurion.* ne innocens ulla ratione puniatur contra *l. 27. C. d. pæn.* ut taceamus favorem conjugii, quod omnia vitia præcedentia non tantum quoad Parentes, sed etiam quoad liberos purgat, quare licet quis filiam opilionis imprægnatam duxerit, tamen sicut ipse in collegium recipi, ita quoque filii cum illa procreati legitimi, ac literarum natalitiarum capaces erunt, per multas rationes quas congeffit Dn. Carpz. *lib. 6. Respons. 99.* ubi demum in fine inter charitatis opera refert, si quis imprægnatam duxerit, & errantem ab erroris semita revocaverit, adeo ut ex sententia Pontificiorum in remissionem peccatorum proficiat, per *cap. 20. X. d. Sponsal. ibique Gloss. & Panormit.*

§. 16. Literis natalitiis quoque (9.) condigni esse videntur illi, qui ex spurio in legitimo matrimonio procreati sunt. Posito enim, quod spurii omnis maculæ expertes haud sint, si non ex facto suo, attamen propter illegitimos natales, & quia ex putrido sanguine procreati fuerunt. Anton. Faber. *in Cod. lib. 9. tit. 28. def. 20.* Hæc macula tamen in natis continuare, ipsisque obicem neuti-

E quam

quam ponere potest, quo minus dignitatum & legitima-
rum habeantur participes natalium. Cumque ipsemet
spurius commiseratione & venia dignus sit, alieno quip-
pe non proprio laborans vitio *l. 7. C. d. natur. lib.* mul-
to magis utique ex legitimo conjugio, quantumvis à spu-
rio natus, veniam, si qua opus est, merebitur. Quare
etiam filium spurii ex legitimo procreatum matrimoniò
Dn. Carpz. *dec. III* ad dignitatem admittit senatoriam,
cum iniquissimum esset propter maculam Parentum à di-
gnitate senatoria ipsum excludere, liberosque innoxios
tanquam peccantes punire, ut ait Imp. *in pref. Nov. 12.*
Stephan. *d. Jurisd. l. 2. part. 2.* Facultatis juridicæ
Lipsiensis responsam hac de re *anno 1646.* latum sic se
habet: **S**eyd ihr an vergangener Raths: Wahl
von Bürgermeister unnd Rath daselbst zu einem
Rathsherrn *eligiret* worden / worauff sich einer
angegeben und vorbracht / daß euer Vater in Uns
ehe erzeuget worden / derowegen ihr als der Sohn
zur Raths: Person nicht tüchtig / welches ihr euch
zu Gemüth gezogen / und diese *iniurien retorqui-*
ret: Es will aber gleichwohl bey der *confirmation*
eurer Person halber deswegen Zweifel vorkom-
men. Ob nun wohl euer Vater ausser der Ehe
gebohren. Dennoch aber / und dieweil ihr auß et-
nem rechtmäßigen ehelichen Ehebette erzeuget / euch
auch sonst aller Gebühr und Erbarkeit beflissen /
und demnach dasjenige / so etwa euerem Vater zu
Schande nachgeredet worden / euch nicht hinder-
lich seyn kan. So möget ihr diesem nach zum
Rathstande und andern *Dignitäten* / auch eure Kin-
der zu ehrlichen Handwercken und Zünfften wohl
auff

auffgenommen werden / und wann euch jemand wegen euers Vaters etwas vorwerffen und damit euch beschmützen wolte / weret ihr denselben *actione injuriarum* zu belangen / oder gebührliehen zu *retorquieren* wohl befugt / **B. R. W.** Quare licet literarum natalitiam hujusmodi hominibus concessam honestate parentum gloriari nequeant; Eatenus tamen, quatenus legitimam nativitatem demonstrant, optime impetrantur atque hunc effectum habent, ut juxta dicta impetrantes etiamsi à spuris procreati sint, in collegia opificum recipiendi veniant.

§. 17. De liberis commentariensium ac **Lictorum** **Ambtsfrohnern / Stadt- und Landknechte / (10.)** quæritur, an literas natalitias impetrare possint? Probabilis est affirmativa sententia. Lictorum quidem officium vilissimum, non tamen statim famosum est, & quamvis homines facinorosi ab illis in carceres detrudantur, propterea tamen neutiquam notati esse possunt, alioquin ipsi iudices, quorum jussu & autoritate ad capturam & incarcerationem devenitur, notandi essent, quin & in pagis sæpius ab ipsis Schultetis & Scabinis lictore destitutis delinquentes captivari compertum habemus, quos tamen propterea nemo aspersos dixerit, cæteroquin ipsis jus sessuræ ac judicandi denegandum esset. *l. 12. §. non autem ff. d. Judic.* Quin etiam, si qua lictoribus adhæreret macula, illa personalissima erit, ut non alios quam autores tenere queat inique etiam gravarentur filii lictoris, si factum patris ipsis impedimento esset, quare hæ rationes efficiunt, ut ad collegium opificum admittantur, quo præsupposito omnino patet, quod literarum natalitiarum capaces sint, præcipue cum in his, non tam ratio parentum, quam matrimonii legitimè contracti habeatur. vid. Dn. Carpz. *qui*

Dec. illustr. Saxon. Dec. 112. per totum hæc fulius persequitur. Idem de liberis castratorum suum *der Sauschneider* dicendum erit, per ea quæ tradit *Dn. Hahn. ad Wes. d. his qui not. infam.* In literis namque natalitiis non tam Parentum qualitas, quam hoc spectatur, quod nuptiæ legitime celebratæ atque ex his filius procreatus fuerit.

§. 18. Sed quid si dubitetur, utrum liberis antea ab illis natis, qui postea crimen capitale, puta furtum, adulterium, homicidium & simile perpetrarunt, dandæ sint legitimorum natalium literæ, an denegandæ? Resp. omnino ipsis dandas esse. Parentum enim delictum filiis nullam maculam inurere potest, ut dicitur in *l. 26. ff. d. pæn. l. 2. §. 2. ff. d. Decur. Carpz. p. 2. dec. 28.* Unde germanice etiam dicitur: *stihlt mein Vater / so hånget ein Dieb /* aliud obtinet in illo cujus parens crimen læsæ majestatis committit. Hoc enim casu omnino infamia paterna comitatur filios, quibus nullo jure legitimorum natalium testimonium concedi potest; Ita tamen hæc infamia restringitur, ut præter filios in nepotes non extendatur. *Dn. Struv. Exerc. 49. th. 20.*

§. 19. De liberis denique carnificum & excoriatorum *der Scharfrichter / Henker / Caviller / und Abdescher* dubitatur, an literas natalitias impetrare possint? Negativa sententia eatenus, quatenus literæ natalitiæ insimul de honestate parentum testantur, probabilis videtur. Quamvis enim ex matrimonio legitimo procreati sint, ut ex hoc principio ipsis natalitia testimonia non deneganda videantur, tamen deficit honestas parentum, ex inhonesto siquidem loco nati sunt, & solent ut plurimum homines facinorosi & scelerati, carnifices ut sint, eligi qui electione facta ut plurimum turpiter postmodum vivunt. Quamobrem apud Rhodos singulari lege cautum

est

est, ne carnifex urbem ingrederetur, quos etiam secuti sunt Romani, apud quos multo minus per leges censorias carnifici domicilium in urbe habere licuit, sed ipse moenibus urbis arcebatur, atque extra urbem separatim ad habitandum ablegabatur. Speidel. *sub voc. Hencker.* Besold. *in addit. sub vocab. Scharfrichter.* Quapropter, quum (1.) id hominum genus turpi atque probro officio fungatur. Calv. *in Lexic. jurid. sub lit. C.* & (2.) ipsorum liberi paternis officiis ut plurimum se immisceant, unde vix fieri poterit, ut maculam effugiant, sicuti quotidianam experientia docet, merito proinde ipsis literæ natalitiæ denegantur. Nec obstat quod quandoque etiam carnificum liberi in collegia recipiantur, tamen nec hoc ipsis proderit ad impetranda testimonia natalitia, cum natales sordidi permaneant, ut de ipsis prædicari nequeat: *Dasß sie von ehrlichen Eltern erzeuget / Nisi quis dixerit, quod literas natalitias eatenus impetrare possint, ut doceant, quod ex matrimonio legitime contracto procreati, nec ulli quoad statum subjecti sint, eatenus namq; æquius erit assertum, literas natalitias etiam carnificum liberis non denegandas esse, cum macula parentum ipsis imputanda non sit, quæ ratio efficit, ut ad collegia opificum quandoque admittantur, quamvis consultius agant, si in parentum permaneant conditione, quia periculosum est, an per tempus vitæ collegarum contentiones & odia superare queant.*

§. 20. Consideratis personis, quibus bono titulo literæ natalitiæ sunt porrigendæ, nunc etiam de istis, quibus denegandæ erunt, agendum. Atque primum denegantur partui illegitimo, cuius nomine venit omnis omnino partus qui 3. 4. & 5. mense post nuptias contractas nascitur. Hahn. *ad Wesf. d. stat. hom.* nisi principium legitimationis per subsequens matrimonium respiciamus.

Sunt equidem, qui nihil erubescunt quin trimestrem, quadrimestrem & quinquimestrem legitimum statuunt, verum quaecunque etiam argumenta proferant, ad omnia ex Paul. Zach. qui rem *lib. 1. quest. medic. legal. quest. 2. n. 7. & 10.* pertractat, optime responderi potest. Verissimum igitur est atque permanet, quod partus, ante septimum mensem editus vix sit legitimus, nisi legitimatio per matrimonium subsequens spectetur & eatenus huc applicari possunt jura, quæ *in §. 6.* hujus capituli circa legitimatos per subsequens matrimonium proponuntur. Addantur Medici atque Jcti imprimis Jason *ad l. quod dicitur 12. ff. d. lib. posth. hered. inst. n. 13.* Mascard. *d. probat. vol. 3. concl. 1146. n. 7.* Si enim perfectus est, sine dubio in congressu ante matrimonium conceptus erit, si verò ante diem à natura destinatum non sponte, sed aliqua vi intercedente nascitur, erit abortivus, & fætus immaturè editus nullaq; modo vitalis. Paul. Zach. *lib. 2. tit. 2. q. 10. n. 13.* ut literis natalitiis non indigeat. Hinc & abortivus non rumpit testamentum, ceu statuit Bald. *in l. cum proponas C. de posth. hered. inst.* Habentur enim abortivi pro non natis, vel pro natis mortuis, ita ut applicari possit *l. 129. ff. d. V. S.*

§. 21. Porro legitimorum natalitium testimonio interdicitur partui mense 12. 13. vel 14. post mariti obitum nato, quis inter illegitimos numerandus est. Frustra igitur Gothofredus in notis *ad Novell. 39. c. 2.* pro excusando hoc partu laborat. Cum hoc etiam alii Dd. faciunt, verum pauci, atque fortasse provocant ad legem hodiernam apud Britannos vigentem, quod maritus agnoscere cogatur partum, ipsumque habere heredem anno post aut amplius natum, quam ipse ultimo ab uxore discesserit; Verum hoc non obstante, ultra decimum mensem plerumque & interdum paucos dies uterum non portari Philo-
pho.

phorum, Medicorum & J̄ctorum constans est sententia. Hinc neque natura regulariter, quæ præter ejus institutum eveniunt, neque leges attendunt, Paul. Zach. *quæst. med. legal. l. 1. tit. 2. q. 6.* Tandem inter illegitimos liberos numerantur omnes illi, qui vel simpliciter extra legitimam conjunctionem, vel ex conjunctione, cum peculiari vitio conjuncta, sunt prognati, qui in specie quoque ex damnato coitu dicuntur nasci. Dn. Struv. *Exerc. 38. th. 23.* quales sunt naturales, spurii, & in adulterino concubitu procreati, qui omnes à literis natalitiis excluduntur, quamvis aliis adhuc gaudent juribus, de quibus *cit. dissert. de partu legitim. & illegit. fusius agitur c. 4. per totum*, quorum brevitas gratia B. L. remittimus. Licet enim ex proprio facto admixtæ turpitudinis infames non sint, macula tamen ex inhonesta nativitate laborant, ut beneficio doctorum literarum gaudere nequeant, *arg. l. 5. C. ad Sct. Orshit. Pol. Ord. d. anno 1577. tit. von leichtfertigen Beywohnungen* / Dn. Hahn. *ad Wesf. tit. d. his, qui not. infam. n. 2.* Hinc & hodie, qui ex concubitu jure quoque moderno prohibito nascuntur, pro illegitimis habentur, ut literas natalium legitimorum & receptionem in collegia impetrare nequeant, ut Rutger Ruland. *d. Commiss. p. 2. lib. 4. c. 6. lit. E.* testatur.

§. 22. Sed an liberis ex concubinato, vel alio congressu illicito procreatis possint exhiberi literæ natalitiæ, si per rescriptum principis legitimati sint, disquiritur. Negativa sine dubio verior est. Scimus quidem, quod princeps sit omnis ingenuitatis, legitimationis & dignitatis fons & causa, ut potestatem natalibus restituendi sine dubio habeat, qua ratione etiam taliter legitimati receptionem in collegia opificum petere possunt. Verum hæc omnia ad literas natalitias trahenda non sunt, quin potius distin-

gven-

gendum erit inter ipsos vitiosos natales, eorumque effectum. Princeps hac legitimatione quidem effectum vitiosorum natalium tollit, ipsi tamen per se semper durant, ut nullo modo literæ natalitiæ subsistere possint. Idem obtinet in liberis exposititiis, *denen Findel / Kinder*. Aseritur quidem in *Epit. Decis. Waldec. conc. 15.* sine crudelitatis nota pium magistratum illos à tribubus excludere non posse; In praxi tamen repelluntur, ut multo minus, literis natalitiis gaudere queant. Licet enim in dubio præsumtio sit, quemlibet honeste natum esse, dubium tamen est (1.) an hæc præsumtio etiam pro expositis militet, cum exempla honeste natorum & expositorum vel nulla vel non nisi rarissima sint, & (2.) tamen etsi militaret, tamen hæc præsumtio levioris solummodo, neutiquam autem tanti momenti erit, ut legitimæ nativitatis probationem præ se ferat, nisi ex circumstantiis vel aliunde appareat, quod filius legitimus tempore extremæ paupertatis expositus sit, quo casu testimonia natalitia æquitate svadente impetrare poterit.

CAPUT VI.

CAPUT IV.

De

Personis concedentibus literas natalitias, earumque forma.

§. 1.

Absolutis personis literas natalitias impetrantibus, jam occasione instituti de personis, legitimorum natalium testimonia concedentibus ipsorumque testimoniorum agendum erit forma.

§. 2. Personæ itaque concedentes sunt illi, qui magistratus funguntur officio, quive potestatem habent de Reip. negotiis, judicandi ac decernendi. *l. 12. ff. de LL. Arist. l. 4. polis. c. 15.* Neutiquā verò hæc concessio extraordinariæ Jurisdictionis est. Hinc omnis & solus magistratus, sive superiorem sive inferiorem Jurisdictionem habeat, literas natalitias concedere potest. Concessio enim literarum natalitiarum actus jurisdictionis est, cui se præter Magistratum nemo immiscere debet, ut exinde optime colligi possit, quod privatus talia testimonia conficere nequeat. Inter concurrentes Magistratus competens iudex est illius loci, ubi impetrans natus est. Nam quia hæc literæ de Nativitate testari debent, merito sanè à iudice loci, in quo quis natus est, impetrandæ sunt, quamvis etiam iudex domicilii illas concedere possit, si modo per testes omni exceptione majores legitima ibidem demonstrari possit nativitas.

§. 3. Sed num Notarius publicus literas natalitias impetrantibus concedere possit? quæritur. Negativa sine dubio


F

dubio

dubio verior est. Licet enim Notarius sit persona publica, eoque officio fungatur, ut operam suam instrumentis conficiendis elocare *Nov. 47. c. 1. Dn. Struv. Exerc. 28. t. b. 29.* & in eadem causa ab utraque parte requiri & adhiberi possit, ita, ut nullum prævaricationis crimen incurrat. *Dn. Richter Dec. 85. n. 6.* Autoritas tamen ejus tam late se non extendit, ut & in iis, quæ solius Magistratus sunt, operari indistincte queat, quamobrem legitimorum natalium testimonium emigraturo conceditur à magistratu solummodo competente, quem penes est, an discessurum dimittere eumque testimonio natalitio dignari velit, cui Notarius sese immiscere nequit, id quod exinde quoque patet, quod in constitutione Maximiliani *d. anno 1512.* aliorum quidem instrumentorum, literarum tamen natalitiarum à Notario conficiendarum nulla omnino fiat mentio, *Volckm. in informat. Notar. p. 1. c. 8. p. 17.* Præterea, ut experientiam quotidianam omittamus prælaud. *Volckm.* qui tamen alias Pater notariorum audit, nullum exhibet exemplar literarum natalitiarum à Notario conceptarum. Colligere igitur est, Notarium non indistincte de omnibus actibus conficere posse instrumenta *Dn. Hahn. ad Wesf. d. fid. instrum. n. 4.* neque etiam ipsius auctoritatem in literis natalitiis hucusque receptam esse.

§. 4. Forma literarum natalitiarum absolvitur certis nonnullis requisitis, quorum novem potissimum à *Dd.* recensetur. Requiritur enim (1.) ipsius impetrantis nomen (2.) duorum vel trium testium juratorum testimonium (3.) parentum avorumque nomina (4.) Parentum legitima sponsalia, nuptiarumque ceremoniæ legitime adhibitæ, quas inter præcipue numeranda venit publica benedictio sacerdotalis (5.) impetrantis legitimis natiuitas. (6.) sacri fontis immersio, atque patrinorum nomina (7.) impetrantis.

tis ipsius ejusve Parentum vitæ integritas (8.) Probatio,
 quod impetrans natione germanica & libertate vera pol-
 leat; denique (9.) conclusio cui subjici debet petitio &
 commentatio Volckm. p. 4. tit. II. c. 53. Hinc regulariter
 literæ natalitiæ *legitimam nativitatem, libertatem, &
 honestatem parentum* demonstrare debent; Quamvis
 quandoque tertium deficiat, ut in liberis lictorum, carni-
 ficum aliisque à spuris natis. His enim testimonia na-
 talitia de honestate parentum testantia concedi nequeunt.
 Interim, si postulaverint, de legitima nativitate & libertate,
 quod nemini subjicere sint, literas natalitias concipiendas
 ipsisque tribuendas esse, æquitatis & commiserationis sva-
 det ratio. Ut eo melius hæc omnia pateant per testimo-
 niorum natalitiorum jam subjiciemus. Sit igitur alterum
 in forma tale:


Nur Bürgermeister und
 Rathmanne zu N. vor ieder Män-
 niglichen / wes Condition, Würden /
 Ampts / Ehrenstandes oder Wesen
 die seynd / denen dieser offene Brieff
 zusehen / hören / oder lesen vorkompt /
 nach Erbietung unser willigen Dienste / öffentlich
 thun kund und bekennen / daß vor uns in gewöhnli-
 cher Raths- / Versammlung erschienen und vorkommen
 ist / der Ehrwürdige und Wohlgelahrte Herr N. N.
 Pfarrherr zu N. und allda anbracht / wie er seiner
 ehrlichen Geburth / redlichen und ehrlichen Herkom-
 mens glaubwürdigen schriftlichen Schein / dessen er
 sich im Fall der Noth zu gebrauchen haben möchte /
 bedürfftig were / fleißig bittende / weil er allhie zu N.
 geboren / ihme denselben nach genügsamer Erkund-
 gung

gung unter unserm Stadt Secret günstig mit zuthet-
len. Wenn wir denn solch sein Suchen für unbil-
lig nicht erachtet / und die Unsern zu ihrer Besserung/
sonderlich der Warheit zu gute ganz gern befördern.
Als haben wir seine alsbalden producirte und vorge-
stellte Zeugen / die Erbahren und Weissen N N.
Bürgermeistern N N. und N. unsere Raths Freun-
de und Burger nicht allein bey denen Pflichten / da-
mit sie zuförderst GOTT dem Allmächtigen / folg-
gends dem Edlen / Bestrengen und Ehren / Besten N
N. auff N. unsern Erb / und Lehnherrn / und denn
uns dem Rath und gemeiner Stadt verobligirt, ver-
pflichtet und zugethan / sondern auch vermittelst eines
leiblichen Zeugen Eydes / den sie dato vor uns zu
GOTT dem Allmächtigen und seinem seligmachenden
Worte / mit aufgehobenen Fingern / ausgestreckten
Armen / entblößten Häuptern / und wohlredner Zun-
gen zugleich abgelegt und geschworen / vernommen /
welche außgesagt und bekand / daß ihnen eigentlich
kund / wissend und waar / daß obgedachter Herr N.
von N N. weiland auch unsern Bürgern / als seinem
rechtlichen natürlichen Vater / und Frau Susannen
N. desselben Eheweibe / als seiner rechten Mutter /
nunmehr beyden seligen als zweyen Christlichen Ehe-
leuten / rechter / Teutscher / untadelhaftiger Arth /
Geburt und Herkommen / die nach Gottes / und der
H. Christlichen Kirchen Ordnung und Gewohnheit /
sich mit einander in den H. Ehestand begeben in weh-
render Ehe / aus einem unverdächtigen / vollständigen
ächtigen Ehebett / recht / ächt und ehelich erzeugt und
geböhren sey / daß auch benandte seine Eltern keines
leicht

leichtfertigen/ noch tadelhaften Geschlechtes/ so man
auff ehrlichen Handwercken/ Zünfften und Innun-
gen jetziger Zeit zu tadeln und zuwerwerffen pflegt/
gewesen / und haben sich auch jetzt benandte seine El-
tern/ die Zeit ihres Lebens und Wandels allhier / bes-
neben ihrem Sohne / ehrlich / redlich / auffrichtig/ wie
frommen ehrliebenden Biederleuthen geziemet / ver-
halten an Ehre und Rechten unverleumdet / daß sie
also ihnen allen anders nichts denn Ehre und Red-
lichkeit nach zusagen wissen. Wann denn nun solches
ganz notorium und Stadtkündig / uns auch selbst
hierum anders nichts bewusst / als haben wir in Er-
wegung dessen / der Billigkeit und Wahrheit zu gu-
te / ihm hiermit seiner ehrlichen Geburt / Herkom-
mens und Lebens / vermöge ob berührter / besche-
hener / warhafftiger Aussage und Zeugen / diese
glaubwürdige Kundschaft nicht wegern noch verwie-
dern sollen und wollen.

Geben ihm die hiermit gegenwärtiglich / und
in Krafft dieses Brieffes an alle und jede obbemel-
dete Standes / Personen / so hiermit ersucht wer-
den / dienstlich und freundlich bittende / sie wollen
mehr erwehnten Herrn N. N. hierinnen genugsam
Glauben geben / Gunst / Förderung und allen gu-
ten Willen erweisen / nud ihm also seiner ehrlichen
und untadelhaften Geburt / seiner Eltern / und
auch seines selbst ehrlichen Wandels und Wohlver-
haltens / auch dieser unser Vorbitte zu seinem Bes-
sten fruchtbarliche gentschlichen empfinden lassen.
Das seynd umb einen jeden / nach Erforderung sei-
nes Standes / möglichen Fleißes / wir hinwieder

zu verdienen bereit und ganz willig/ dessen zur Libere-
fundt und mehrer Begläubigung haben Wir un-
ser und gemeiner Stadt grösser Insiegel zu Ende
dieses Brieffes wissentlich anhängen und eindrücken
lassen. Geschehen und gegeben etc.

§. 5. Dictum est supra, neminem in collegia,
nisi literis natalitiis instructus sit, recipiendum esse,
qua occasione aliud quoque natalitii testimonii Ex-
emplar, quo puer famulus, pannificum opificio per-
discendo tradendus, legitimum ortum suum proba-
vit adjiciemus, in forma tale est: Allen und jeden
dieses Brieffes ansichtigen / wes Ehren / Wür-
den / oder Standes die seyn / entbiete ich N N.
meine freundliche und willige Dienste / und bekem-
ne hiermit und thue kund vor aller Männiglichen/
das vor mir erschienen ist N N. und angezeigt /
das er Willens und bedacht sey / sich auff das Tuch-
macher Handwerck zubegeben / darzu ihme denn
Kundschaft seiner ehrlichen Geburth von nöthen/
mich derowegen fleißig gebethen / ihme deroselben
schriftlichen beglaubeten Schein zu ertheilen / wel-
ches ich ihm denn Unts halber zu Beförderung
seines Vorhabens abzuschlagen nicht gewußt. Has-
be demnach Richter und Schöppen neben den Äl-
testen der Gemeinde selbigen Orts vor mich fordern
lassen / und einen jeden insonderheit mit Fleiß exa-
minirt, welche denn auch mit ausgestrecktem Arm
und auffgerekten Fingern durch einen Körperli-
chen Eyd bekandt und war gemacht / wie ihnen
ganz wohl wissend were / das ermeldeter N N. von
seinen natürlichen rechten Vater N N. und seiner
Mutter

Mutter N. so nach N. Orte Ehrlichen Gebrauch
öffentlich getrauet worden / zur Kirchen und Straß
sen gangen / aus einem rechten Ehebette / echt und
recht gezeuget und geböhren wehre / die auch der
Tadelhaften Geschlechter / so man in ehrlichen
Zünfften zu äussern pfleget / nicht gewesen / sondern
freyer teutscher und keiner fremder Geburt / nie
mandes eigen / daß er also gute Ordnung und
Zünffte besitzen / und sich darzu zugebrauchen wohl
fähig ist. So gelanget Amts halben an einen jeden
mein Dienstliches Suchen / vor meine Person ab
ber mein dienstliches Bitten / vornemlich an die
Meister des Tuchmacher Handwerckes / daß sie
offtgemeldeten N N. seiner ehrlichen und redlichen
Geburth / auch seiner Eltern und sein selbst ehrli
chen Handels genießen und empfinden lassen / und
zum Handwercke willig und gerne annehmen /
ihm auch sonst allen guten Willen erzeigen und
beweisen wollen. Solches nach Erheischung eines
jedem Standes wil ich vor meine Person gebühr
lich / willig und gern verdienen. Zu Urkund des
sen hab ich dieses mit hiesigem mir anvertrau
tem Amts / Pertschafft und meinem Handzeichen
beträfftiget und begläubiget. Geschehen und gege
ben etc.

S. 6. A Senatu oppidano Civitatis Je
nensis sub sequenti forma ante non nullos
annos Litera natalitiae exhibitae fuerunt :

Wir

Wir Bürgermeister und Rath etc. mit die-
sem offenen Brieffe urkunden und bekenn-
en gegen jedermännlichen / daß vor uns
im sitzenden Rathe erschienen ist unsere Mit-Bür-
gerin N. N. weyland N. N. seel. nachgelassene Wittbe-
richtet / welcher Gestalt ihr Sohn Hans Phil-
lipp Kelner ein ehrlich / zünftig Handwerck lernen
wolte / darzu er dann eines Geburts-Brieffes be-
nöthiget / darbeneben fleißig gebethen / daß wir ihm
seiner ehrlichen Geburth und Wohlverhaltens /
Schein und Kundschaft mittheilen wollen / uns
auch zugleich zu Zeugen mit vorstellig gemacht die
Achtbaren und Wohlgelahrten Herrn N. N. Orga-
nisten dieses Orts / so wohl Herrn Johann N.
Bürgern allhier / beyde unbescholtene / beglaubete /
alte / ehrliche Biedermänner / dieselben ihrer Wis-
senschaft darumb zu fragen / welches denn wir ihr /
weilen wir männlichen / insonderheit aber unsere
Land- und Stadt-Kinder / der Gebühr nach zu be-
fördern / uns schuldig erkennen / füglich nicht
abschlagen können.

Wenn denn obbenahmte uns vorgestellte zwe-
ne Zeugen uff Befragung was ihm von benahm-
ten Hans Philipp Kelners Geburth und Herkom-
men wissend / bey denen Pflichten / damit sie zu-
förderst unsers Fürstlichen Landes / Herrn hohen
Obrigkeit / und uns beygethan / mit ausgestreck-
tem Arm / auch auffgerekten zweyen Fingern /
und entblößten Häuptern ausgesagt und bekennet /
daß ihnen beyderseits gut wissend sey / wie vorge-
dachter Kelner den 19. Julii des längst abgewiche-
nen

nen 1627. Jahres mit obbenanter Frau Euphrosi-
nen des weiland achtbaren und wohlgelahrten
Herrn M. Joh. Rüdigers / gewesenen Schul Re-
ctoris zu Sahlfeld hinterlassenen ehelichen Tocht-
ter / öffentlich allhier zur Kirchen und Strassen
gegangen / und hiesigem Gebrauch nach durch die
Priesterliche Hand sich copuliren lassen / wie dann
sie beyde Zeugen auff solcher Wirthschafft persöhn-
lich gewesen / und daß ernante beyde Eheleute auß
einem Christlichen und ehelichen unbeflecktem Ehe-
bette solchen ihren Sohn Hans Philipp Kelnern /
echt / recht / teutscher Nation / auch welcher nie-
mand mit Leibeigenschafft verbunden / sondern zu
allen ehrlichen Handthierungen und Gewerben tüch-
tig / gezeuget und geboren / auch denselben zur H.
Christlichen Tauffe den 17. Febr. Anno 1630. geför-
dert und zu dessen Tauffpachen die Ehrwürdige /
achtbare und wohlgelahrte / auch Erbare und
Tugendsame Herrn M. Joh. Wagnern Pfarrern
zu Wenigen Jena / Joh. Philipp Kühnen / Stu-
diosum, und Frau Margarethen weiland M.
Hans N. Eheweib erbeten / und solchen ihren
Sohn in aller Gottesfurcht und Tugenden aufzer-
zogen / Sie die Eltern auch benebst ihrem Sohn
Hans Philipp Kelner sich iederzeit from und still /
erbar / ehrlich und aufrichtig gehalten und erwies-
sen / daß ihnen niemand etwas unbilliges nachsaz-
gen könnte / wie denn uns auch selbst nichts anders
bewußt / Als haben wir mit gegenwärtiger Kund-
schafft vielernanten Hans Philipp Kelnern zu sei-
ner Beförderung behülfflich zu seyn / uns keines
weges

G



weges verweigern können. Gelanget derowegen
an alle und jede nach Standes Erforderung unser
gebührend Dienst / freundl. und fleißiges Bitten /
Sie wollen solcher unsern Hans Philipp Kelnern
ertheilten Rundschafft warhafften Glauben geben/
und ihm auff sein Bitten / Gunst / Förderung und
genetigten Willen erweisen / auch seiner ehrlichen
Geburth und redlichen Herkommens / wie auch
dieser unser recommendation fruchtbarlich genossen
empfinden lassen. Das seynd wir umb einen jedweden
nach Standes Erforderung möglichst wieder
umb zu verschulden erbötig / und ganz bereit willig.
Zu Urkund und mehrer Beglaubigung des
sen haben Wir unser Insiegel wissentlich hier an
hängen lassen / so geschehen Mittwoch nach Gal
li / als den 19. Octobr. nach Christi unsers eini
gen Erlösers Geburth / im Tausend etc. etc.
Jahre.

§. 7. Ex hisce formulis omnibus apparet, quod
testium jurata in literis natalitiis requiratur depositio.
Nam sicut alias in examine testi injurato nulla adhibe
tur fides, ita multo magis in hoc arduo negotio jura
mentum requiritur, ut per illud plenaria inducatur
probatio. Communiter quidem testes de Nativitate
testantur sub fide, quam alias propter juramentum Ma
gistratui præstitum reipubl. debent, Sie thun ihre
Aussage bey denen Pflichten / damit sie der Obrig
keit verwandt. Tutius tamen erit, si testes prævio
juramento examinentur, quod præcipue obtinet, si ad
loca transmarina & longius remota literæ natalitiæ trans
mittantur, ut plenissimam hoc modo inducant probatio
nem.

nem. Juramentum in hoc passu adhibendum sequenti
concipitur modo:

Ich N. N. Schwere zu Gott dem Allmächtigen / daß mir wohl wissend / daß N. von N. und N. beyden Eheleuten seinen Vater und Mutter nach gehaltenen öffentlichen Kirchgang folgendes instehender Ehe aus einem rechten Ehe- Bette erzeugt und geboren. Sicque literæ natalitiæ non solummodo legitimos natales, sed & exemptionem ab alterius jure & dominio, ne in præjudicium Domini in Collegium homines proprii recipiantur, demonstrare debent, ut ex hæcenus dictis fusius patet.

CAPUT V.

De

Effectu literarum natalitiarum.

§. I.

Spectatis formulis, jam effectum literarum natalitiarum considerabimus, ubi videmus, quod ipsis debeatur opes ratio varia. Nam probant libertatem, quod sc. impetrantis, nemini serviliter sit subiectus, atque sic cum affrancamentis conveniunt. Wehner *obs. pract. sub voc. Mannrecht.* (2.) legitimam nativitatem demonstrant. Speidel. *sub vocab. Geburthsbrief.* Hinc efficiunt (3.) ut aliquis possit impetrare jus civitatis, sem-

G 2

per

per enim & ferè ubivis ascititius civis legitimorum natalium testimonium, antequam inter cives numeretur, loci Magistratui tenetur exhibere, quemadmodum experientia testatur. Quamobrem recte ad avertendam & suprimendam fraudem ejusmodi literæ à peregre advolantibus exiguntur. Christoph. Lehman, *in Chron. Spirens. lib. 2. c. 20.* Dn. Philipp. *ad Inst. lib. 1. Eclog. 39.* Wehner. & Speidel. *cit. loc.* Hinc recte à civitate excluduntur (1.) infames & hæretici, *l. 2. l. 4. C. de heret.* (2.) Banniti. *R. N. d. anno 1621. §. ob aber / Gail. 2. de pac. publ. c. 10.* (3.) Judæi, verum quod illi hodie tolerantur, id acceptum referant oportet indulgentiæ Superiorum. Nam horum receptio inter regalia numeratur. *Aur. Bull. tit. 9. in fin.* (4.) Aliorum cives & subditi. Dn. Lehman. *cit. loc. Aurea Bull. tit. 16.* Imo (5.) nullus in civium numerum recipi debet, nisi à Magistratu, sub quo vixit, sui discessus, & quomodo se gesserit, testimonium afferat. Dn. Struv. *Exerc. 50. th. 50.*

§. 2. (4.) Literæ natalitiæ ipsùm Collegiorum jus tribuunt omnibus ac singulis, modo proprio vitio honestorum virorum societate indignos sese non reddant. Interea autem necesse non, ut ejusdem civitatis vel loci, in quo recipi petunt, cives vel incolæ sint. Possunt enim tribunitii non ex diversis solum unius territorii præfecturis; Verum ex diversis quoque territoriis in tribus coire. Sed sedulo cavendum, ne hoc vergat in ordinarii magistratus præjudicium. Dn. Fritsch. *de Nund. jur. p. 1. c. 4. th. 10.* (5.) Literæ natalitiæ efficiunt, ut quis in consortium mercatorum recipi possit, modo iisdem onerum fluctibus, quibus aliorum mercatorum conditio exposita est, sese exponant solli-

citan.

citantes. Quemadmodum enim iniquissimum est, ut cum alterius damno quis fiat locupletior *l. 206. ff. d. R. J.* Ita etiam omnes, qui commodum sentire appetunt, ut & incommodum sentiant, æquitas autrix est. *l. 10. ff. d. R. J.* Quin imò literæ natalitiæ omnibus aditum ad dignitatum portas demonstrant, eo ipso enim dum legitimam nativitatem exhibent, hoc quoque operantur, ut si alias dignus quis sit, omni frui possit honore.

§. 3. Olim quidem opifices, ut ex antea dictis constat, inani ducebantur velamine honestatis, hocque modo multis aditum ad jura collegiorum præcludebant; Hoc vero per constitutiones imperiales immutato, non tantum legitimati, sed & plures alii receptionem in collegia opificum impetrare possunt. Quare hoc jure gaudent (1.) legitimati per subsequens matrimonium. Dn. Hahn. *vd Wes. d. stat. hom.* (2.) nati post publicè contracta sponsalia ante benedictionem Sacerdotalem, quorum sc. Pater ante nuptiarum solennitatem vel inter vivos esse desiit, vel aufugit. Dn. Struv. *Exerc. 29. th. 26. sub fin.* (3.) Partus septimo, octavo, decimo & principio undecimi mensis prognatus, uti supra *c. 3. fufus* dictum est, Paul. Zach. *lib. 1. quest. medico-legal.* Möll. *lib. 3. semestr. c. 28. n. 10.* Dn. Richter *decis. 89. n. 2.* Dn. Carpz. *p. 4. c. 27. d. 15.*

§. 4. Admittendus etiam ille est, qui duxit ante benedictionem sacerdotalem à se imprægnatam, etiamsi non fuerit ejus sponsa. Dn. Carpz. *p. 2. c. 6. d. 13.* Ut & is, qui ex hac imprægnata natus est. Contractis enim nuptiis culpa tollitur, & matrimonium fictione juris ita retrahitur, ut hoc modo omnia vitia præcedentia purgentur, atque ipsum matrimonium

statim ante copulam carnalem cenleatur contractum.
Dn. Carpz. *l. 6. Resp. tit. 10. Resp. 99.* Sed si quis ab alio
imprægnatam sibi matrimonio iunxerit, an ille, vel
filius ab imprægnata postmodum procreatus, à
collegio excludendus sit, quæritur? pro Negati-
va militat Berlich. *p. 2. dec. 299.* & cum eo alii Dd. Di-
gnitas enim illius, qui nihil admittit, nequaquam est
impedienda. *l. 6. in fin. ff. de decurionib.* & innocens nul-
la ratione puniendus est. Dn. Mev. *ad jus Lubec. lib. 4.
tit. 13. art. 3. ad n. 39.* Hinc quamvis Collegia singulari
statuto gaudeant, quod sc. nemo ex tribulibus uxorem
infamem ducere debeat. Dn. Carpz. *dec. 14. n. 5.* Ipse ta-
men qui ab alio imprægnatam in matrimonium duxit,
contra illud Statutum vix videtur peccasse, quum de-
floratam solum, non autem meretricem, quæ ventrem
prostituit, assumerit. Non enim sequitur: Commu-
nis meretrix infamis est *l. 43. §. 1. & 4. ff. d. Rit. nupt.*
Ergo etiam fors eadem manet defloratam, quin potius
opus misericordiæ & charitatis (ceu Dd. loquuntur)
præstat, qui defloratam ducit. At meretricum condi-
tio pessima est. Has enim qui connubio sibi jungi per-
mittunt, in ipsis verificatur vulgaris non adeo contem-
nenda opinio hæc: vilem esse, qui conjugium personæ
famossæ amplectitur, vulgo illud acrius profertur ita:
**Er sey ein Schelm oder wolle noch einer werden/ der
eine gemeine Hure zur Ehe nimpt.** Dn. Mev. *ad jus
Lubec. lib. 4. tit. 13. art. 3. ad n. 41.*

§. 5. Collegiorum quoque fores patere debent
liberis commentariensium ac licitorum, **der Stadt-
und Landknechte / Heschler / Schergen / Büttel und
Dinbtsfrohnern.** Et cur à collegiis hoc filiorum ge-
nus sit arcendum, non apparet, nam neque juris, neque
facti

facti infamia laborant &posito, quod ipsorum parentes
laborent, illa tamen macula, ut personale quid, ad li-
beros transire non potest, sed cum persona interit *l. 22.*
C. d. pæn. Quamvis etiam in *Imp. Recess. d. anno. 1548.*
horum liberorum nihil mentionis fiat, favorabiliter ta-
men ob rationis paritatem idem statui potest. Neque
etiam à collegiis arcendi sunt liberi Scultetorum, & Sca-
binorum paganorum, quamvis sæpe licitorum munere
in delinquentibus carceri includendis fungantur. Nam
liberis imputati non debet functionis paternæ qualitas,
nisi & ipsi huic sese immiscuerint. *Dn. Mey. ad jus Lu-*
bec. lib. 4. tit. 3. art. 3. ad n. 41. Sic etiam ille, qui li-
ctoris viduam in matrimonium duxit, inter tribules to-
lerandus est. Infamis enim ejusmodi uxor non est, et-
iamsi defuncti mariti officium aliquid inhonestatis redo-
leat. *Hahn. ad Wesf. d. bis qui not. infam.* De re-

liquis, an in collegium opificum reci-
pi possint, nec ne, constare potest

ex cap. 3. hujus Dissert.

CAPUT VI.

CAPUT VI.

Affinibus literarum natalitiarum.

§. I.

TAndem coronidis loco sexto & ultimo hujus nostrae Dissertationis capite Affinia literarum natalitiarum considerabimus. Quemadmodum autem nobiliora semper antecellere debent ignobilioribus, ita merito primum affinitatis cum literis natalitiis locum habet testimonium de benedictione sacerdotali legitime adhibita. Solet autem hodie plerumque testimonium de benedictione sacerdotali, sicut & alia testimonia publica, per literas sive libellum expediri adjectis certis requisitis, quorum numero quinque ex mente Volckmanni ad talismodi testimonium conficiendum requiruntur (1.) ut utriusque conjugis nomen (2.) legitima sponsalia (3.) certae solennitates, inter quas primas tenet benedictio sacerdotalis (4.) testium nomina, eorumque attestations (5.) conclusio, qua iterum continetur (1.) commendatio (2.) petitio, & (3.) corroboratio, intercedat. vid. Volckman, *in Inform. Notar. p. 4. c. 53.*

§. 2. Quo vero res elucescat, illustrationis gratia, vel unicum de benedictione sacerdotali legitime adhibita, testimonium apponemus, in forma tale est:

Wir



Ir Bürgermeister und
Rathmann der Chur=
Fürstl. Sächß. Stadt
N. entbiethen allen und
Jeden / wes Ehren/
Würden / und Stan=
des die seyn / unsere gebührliche freund=
liche Dienste und alles Gutes zuvor /
und thun kund / Jedermänniglichen /
welcher Gestalt gegenwärtiger Brief=
Zeuger / der Ehrwürdige und Wohlge=
lahrte Herr N. heute Dato vor Uns
dem versammelten Rathe erschienen
und angezeugt / wie ihm eine glaub=
würdige Kundschaft seiner mit Jung=
frau Magdalenen / des Ehrwürdigen
Herrn N. N. Pfarrers zu N. Seel.
nachgelassenen Tochter allhier / ehelich=
gehaltenen Hochzeit und Wirtschafft /
welche er an frembden Orten / seiner
H Eh-

Ehren Nothdurfft nach / vorzulegen
haben möchte / von nöthen seyn wolte.
Uns dahero mit Fleiß gebeten / ihm zu
Beförderung der Warheit dieselbe mit
zu theilen. Wann Wir dann seine
Bitten und Suchen für ziemlich erach-
tet / Uns auch die Warheit zu befördern
gebühren will. Als bekennen Wir ob
bemeldete Bürgermeister und Rath-
männer hiermit und in Krafft dieses
Brieffes öffentlich / daß es waar und
Uns wissend / daß obernanter Herr N
N. Montags &c. &c. in unser Stadt
Kirchenallhier mit N N. sich ehelich
trauen und copuliren lassen. Belan-
get derowegen an alle und jede / so mit
dieser offenen Kundschafft ersucht wer-
den / unser dienstliches Bitten / sie wol-
len derselben festen Glauben geben /
und diesen beyden Eheleuten auff Ihre
An

Ansuchen Gunst / Hülffe und Förde-
rung erzeigen / und also sie unsrer Vor-
bitte geniessen lassen. Das seynd Wir
hinwiederum um alle und einen jeden
Insonderheit gebühlich und freundlich
zu verdienen geflizen. Zu Wort und /
&c.

§. 3. Porro etiam (2.) legitimorum natalium testimo-
niis affinitate conjuncta sunt honeste & laudabiliter trans-
acta vitæ testimonia vulgo : **Schein und Beweiß seines**
ehrliehen Verhaltens / Knipsch. *d. jur. & priv. Civit.*
Imp. l. 5. c. 2. n. 29. Solent autem hæc testimonia impe-
trari (1.) à discessuro (2.) ab alienigena. (3.) ab ipsis delin-
quentibus. Quoties autem de horum vita honeste ante-
acta constat ; toties etiam ipsarum poenas plerumque mi-
tigatione quadam sopiri, Dd. statuunt. Dn. Carpz. *in prax*
Crim quest. 150. n. 98. Grot. *d. J. b. & p. lib. 2. c. 20. §. 30.*
quos vide sis.

§. 4. Literis natalitiis (3.) commode æquari etiam
possunt literæ disciplinares, vulgo **Lehr-Brieffe** / quibus
quis probat disciplinam opificii à se legitime peractam,
daß er sein Handwerck ehrlich erlernet / VVehn. *Obs.*
pract. sub voc. Zunfft. Dn. Richter. *Dec. 80. n. 19.* Huc
etiam referri poterunt illæ literæ, quibus opifices cursum
peregrinationis rite absolutum probare debent, **daß sie auf**
ihrem Handwercke die Wanden-Jahre gebührend voll-
lenzogen / *Ord. polit. Elect. Sax. Joh. Georgii tit. von*
Handwercken / 21. §. niemand soll eher / 6. Verum de
certa quantitate annorum disciplinarium **der Lehr-Jahr /**

& peregrinationis **der Wanderjahre** / inter opifices non
convenit. Solent enim alii plures, alii verò pauciores,
pro ratione & facultate opificiorum suorum definire, atq;
dolo facere non videntur, quia jure suo opifices utuntur
in hoc casu *l. 55. & l. 155. §. 1. ff. d. R. I.* Hac in re verò sta-
tuta cujuscunq; opificii rem totam componunt.

§. 5. Sed quid si puer famulus opificem suum intra
disciplinares annos animo aufugiendi deserat, **da er seine
Lehrjahre noch nicht aufgestanden** / postmodum ve-
ro poenitentia commotus ad ipsum revertatur, debetne ille
de integro, non habita temporis in disciplina ante fugam
consumti ratione, disciplinæ committi? Resp. tradi qui-
dem iterum opificis sui fidei potest transfuga, verum non
ut novellus puer famulus, jam omnium rerum primum
opificio perdiscendo creditus; Sed illorum dierum tan-
tummodo jacturam, quos in fuga perdidit, disciplina atq;
servitiis suis resarcire cogitur, ut patet *ex l. 14. §. 1. ff. d.
Stat. liber.* vid. Wehn. *sub voc. Junft.*

§. 6. Ulterius (4.) huc referri posse videntur libri
baptismales, vulgo **Kirchen- und Taufbücher** / quos o-
lim antiquitas ignoravit, hodie autem ubiq; fere locorum
frequentantur, ex quibus de cujusvis nativitate, parenti-
bus & susceptoribus optime constat, Dn. Volckm. *p. 4. tit.
11. n. 2. it.* illæ literæ, quæ vulgo **Rundschaften** vocantur,
quibus judices, principes, sive magistratus contestantur,
rem talem coram se gestam, vid. supra *cap. 1. §. 5. & 10.
Wehn. Obs. pract. sub vocab. Bücher* / *p. 61. n. 17.* Instru-
menta deniq; dotalia de jure civ. cum literis natalitiis et-
iam affinitatem habent. Dn. Struv. *Exerc. 3. th. 50.*

§. 7. Præcipue cum literis natalitiis conveniunt. Af-
francamenta, quæ etiam **Mannrechtsbriefe** vocantur.
Alias (1.) **Mannrecht** denotat vasallagium, Borcholt *p. 1.
consil.*

consil. 20. in princ. Unde & pares curiæ, qui ab eodem Domino feuda recognoscunt, dicuntur **Mannen oder Männer** / ut exinde iudicium quoque feudale Germanice denominetur **das Mann oder Lehngerichte** / ut testatur *Besold. in Thesaur. pract. sub hoc voc. & ex eo Dn. Struv. in Syno. Jur. feud. c. 16. aph. 6. (2.) vocab. Mannrecht* sumitur quoque pro iudicio Malli, quod moribus nostris est iudicium criminale nobilium **der Manne und Ritterschafft** / Judex, quia iudicio huic præest, vocatur **der Burg oder Mannrichter** / iudex castrensis. Ejusmodi iudicium exercuerunt Duces Pomeraniæ in oppido Poritzia, olim quidem in suburbio sub dio, hodie in curia ad quam nobiles rei accusati citabantur, ut vel se defenderent, & absolverentur, vel condemnarentur, omniaque solenniter juxta processum criminalem peragerentur. Non absimilia sunt **Judicia Zentgerichte** / in quibus iudex vocatur **der Zentrichter oder Zentgraffe** (3.) **Mannrecht** etiam sumitur pro libertate, unde **Mannrechtsbriefe** sunt literæ, quibus quis libertatem demonstrat, & quod nullius juri atque potestati subiectus sit. Hæ literæ in eo cum literis natalitiis conveniunt, quod etiam literæ natalitiæ de hoc testentur libertate, ita, ut differentia unice in eo resideat, quod **Mannrechtsbriefe** non habeant in simul respectum ad legitimam nativitatem, de qua tamen literæ natalitiæ principaliter concipiuntur. Et,

TANTUM,

interim

DEO SOLI GLORIA.


Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.


DEO SOLI GLORIA

GEORGII PRINCIPIS

Faint text at the bottom of the page, possibly a signature or date.







AB: 152953


ULB Halle 3
003 011 747



58

Vd 17







1.

4

Q. D. B. V.

DISCURSUS JURIDICUS

DE

L I T E R I S
N A T A L I T I I S,

Von

Geburths = Brieffen /

Auctoritate Superiorum

PRÆSIDE

VIRO NOBILISSIMO,

DN. HEINRICO **Lincken /**

J. U. D. & Prof. Publ.

Fautore ac Præceptore suo ætatem colendo,

In Illustri Salanâ

Publica Eruditorum disquisitioni subjectus

â

Ludovico Christophoro Tham,

Not. Publ. Cæs. Keula-Schwarzburg.

J E N Æ,

Literis MÜLLERIANIS, Anno 1677.

50.